

DISCURSUS INAUGURALIS
DE
JUDICIIS MORTA-
LIUM CIRCA FATA MA-
GNORUM VIRORUM,

Ductu Capitum IX. & X. lib. I. Annalium
C. Cornelii Taciti *cuiusque* congestus
Consenſuque

Amplissimi SENATUS PHILOSOPHORUM,
In florentissimo Aboensi Musarum Palladio,

SUB PRÆSIDIO
VIRI CLARISSIMI

M. DANIELIS ACHRELI,

ELOQV: PROF: REGII ET ORDINARII,

In *agoræ* HONORUM ACADEMICORUM
Cordatorum literarum ac literatorum estimatorum
censuræ expositus

LAURENTIO TAMMELINO,
NYLANDO.

Ad diem 23 Cal. Maji Anni m̄o XCVI M.DC.XCI.

In Auditorio Superiori Et Maximo,
horis ab octava antemeridianis.

Impr. apud JOHANNEM LAURENTIU WALLIUM, C.A.T.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
SUMMÆ FIDEI VIRO,
SENATORI AC CONSILIARIO,
UT ET
CELSISSIMI HÆREDITARII PRINCIPIS
GUBERNATORI MAXIMO,
REGIÆ ACADEMIÆ CAROLINÆ CANCELLARIO
EMINENTISSIMO,
MULTIS MAGNISQUE AD REGES, PRINCIPES, RESPU
BLICAS, LEGATIONIBUS DUDUM INCLYTO,
ILLUSTRISSIMO atqe EXCELLENTISSIMO
DOMINO,

DN. NICOLAO
*B*yldensfålpe/

LIBERO BARONI & DOMINO
in Jakobla & Segerstadh.
MUSARUM AC LITERARUM MÆCENATI ET PATRONO
INCOMPARABILI,
DOMINO
MEO
GRATIOSISSIMO.



ja age! Pierides super æthera mittite
voces
Blandidulas! & dulce melos reso-
nate *Camœne!*
Heliadum croceus genitor, *Clymencia*
proles,
Corripiunt facili poppysmo & voce
Caballos,

Dum pulsant rapidi reboantia climata Cœli.
Atria *Phillyridos* pandit qvæ & corniger hircus,
Linqvere contendunt, ac horrida frigora brumæ.
Altius attolli cupiunt super æthera bigis,
Et sua *Phryxeæ* pecudis jam vellera torrent,
Tyndarideæ fratres germinatas visere cunas
Præproperant, tepidi florentia tempora veris
Monstrantes, itidem mortali sanguine cretis
Gaudia, dum cernunt prægnante libidine turgens
Parturit ut tellus; radiantia prata colores
Utqye ferunt varios; agitant ut lilia curtas
Valle virente comas; grati simulacra nitoris;
Ut fertur leni Zephyrus super arva volatu,
Multiplicesque suas mirantur pascua formas.
Pampineus qvanto *Bromius* decoratur honore,
Qvando *Chiæ* colles, *Lesbon Methymna* racemis
Exultant, simul ac teneras protrndit aristas
Gargarus accumulans hominumq; boumque labores.
Diva potens frugum *Cerealia* munera trudit.
Semicaper Faunus, *Satyri*, *Dryadesque* puellæ

Floribus insultant ; pictis induita cothurnis
Delta discurrit, ponens cervice pharetras,
Arbor cum sylvis viridantia brachia pandit,
Glandiferasque videt motare cacumina querqus.
Atque audire licet modularia cantica turbæ
Aligerum, queis vere novo sylvestria tempe
Veh resonant, pariter repetit convallibus Echo.
Pan pecorum duxor sua Menala rura peragrat,
Utque boves cernit scabris quæ in montibus errant,
Barbatosque greges inter carecta latentes,
Cornigeras vaccas, cum lanigeræque bidentes
Guttore stridenti limosa ad littora balant.
Majora his videas bona fert nova temporis ætas,
Gaudia nautarum cum se posuere procellæ,
Retia cum subeunt examina lubrica ponti,
Undique Cyaneum pulsu cum personat æqvor,
Quæ mea mens tremulis socians sua murmura nervis
Scribere vix fatagit, sed fistit carmina rauca.
Proh superi cuncti ! Di sancti & numina sacra !
Di maris & Cœli ! mihi quis nunc obvius errat ?
Quis ? Nisi jam fallor, custos Soraëtis Apollo,
Turba novena simul, glomerat jam candida gressum.
Parnassus bifidi rodit qui vertice cœlum,
Visere tendentes subito sic culmina celsa.
Et me convenient, quo nunc sub tegmina rami,
Confugiam tremulus ? miser heu vox faucibus hæret.
Pythius alloquitur complens sermonibus auras,
Sis Salvus juvenis, nostris sacrate Camenæ,
Purpurei relonas nobis cur gaudia veris ?
Gramina cur cantas ruralia tinnulus ore ?
Cum graviora ferat multo Parnassia rupes

Com.

Commoda ; floriferi sentit dum tempora veris,
Ascreaque loci trepidant, fax publica mundi,
Exhilarat cunctos inimico frigore tostos.
Ver *Heliconiadum* juvenis tibi prosit amicum !
Dum plenis calathis redolentia lilia carpis ,
Qvæ modo distribuunt sacro *Permesside* tintæ
Pegasides *Muse*, pariter *Tritonia* virgo.
Hæc sed contemnit genialis consitor uvæ,
Fastidit *Cboris* ludis celebrata jocosis.
Unde igitur qværas nictantia numina baccis ?
Qvæ tibi rorarunt dulces *Aganippidos* undæ.
Unde adsit gratus qui te , castosqve labores
Aspiciat lepido Mæcenas illico vultu ?
Hunc vagus ignoras, sed me monstrante parabis
Excubiis clarum , Musis venerabile Numen.
Urbs antiqua satis , gelido sub *Parrhas* axe ,
Exsplendet cunctis, STOCKHOLMIA nomine felix.
Turribus Excellens , auratis fulta columnis ,
Qvæ teretes vibrant flammas, imitantur & astra .
Huc age fer gressus , Thetidis vada salsa recurre ,
Mitior atq; tuis maneat cynosura carinis
Neptunus pelagi Rectorque tricuspidè telo.
Invenies Musis doctis heic numina magna ,
Et qvibus auricom ioveas tua lilia veris.
Illa inter fulget tibi nunc aurata columna (semper
GENSTALPE cohors celebrat qvem fulgida
Sicelidum , Augusto ferit is nam nomine cœlos.
Vix est in terris spatiosis angulus ullus,
Deferat atq; canat , qui non mansura per ævum .
Cernuus huic Domino rutilæ præconia laudis.
Hunc, hunc *Sauromata*, *Galliq;e* *Britannia* norunt,

Au-

Austriacumque solum, pariter *Germania* culta,
Hunc pingues, *Batavæque* urbes, & *Cimbrica* tellus,
Hic maneat *Specis* clamant aurata columnæ!!
UNDECIMUS CAROLUS, REX insuperabilis armis,
Qui fortis Patriæ defendit limina nostræ,
Huic dedit excelsum munus, magni intima Regni
Svediæque gentis tractare negotia jussit.
Prole beata cluit fortis *Finlandia* tanta.
Finnorum soboles juvenis quid Numinæ qværis
O igitur dubius? præsintqve domestica qvando
Quæ tibi sufficiunt, qvorum Excellentia fulgens
Flammigerum satagit radiis transcendere olympum.
I citus, i repeto celsum tu Numen adora,
Auspiciis faustis soteria grata voveto!!
Sic ubi dixisset, perit, solusqve manebam
Hæc tacitus fundens vocis modulamina curta;
Inclite Mæcenas, fulcrum venerabile Regni,
Fax & hyperboreo septem præfecte trioni
Frigida Panchaico donet quo *Finnia* thure
Delubris *Charitum* temet? tum *Delphica* rupes
Actiaco celebris, madidam quæ floret ad' auram,
Quâ valeat cithara tua gesta immensa sonare?
O Decus O Patriæ per te *florentis* imago.
En tua Legatus, Regis, vox sola salutem.
Auspicio superum patriis quæsiverat oris.
Quantum *Roma* suo debebat fulgida *Sulle*
Grecia Periandro, quantum *Macedonumque* popellus
Ematbio Regi, tantum tibi nosque fatemur.
Oblequiis jam quando piis, stirps candida Divum,
Leucadii jussu, titubans tua limina fulva
Visere contendeo; veniam celsissime Patrum.

Ex-

Exposco supplex, bene me quoque respice ocellis,
Unica cui vivo facilis tua grātia curæ.
Quos mea Musa simul submissō murimure plausus
Eusebiæ cœtus repetit, quæ dona propinat
Suscipe Mæcenas sincera suscipe fronte,
Atque aurâ vultus memet cūmulato serenâ;
Nec spernas rogito submissi dona clientis.
Est tenuis fateor donatio nostra, sed auctam
Pondere vota dabunt, imo de pectore fusa.
Vive diu Cœleste jubar! superumque superstes
Progenies! Magno Regi! tu pulveris annos
Euboici felix transcendas! fama vigebit
Semper honos nomenque tuum per secula longa.
Ante Polus spargat fragrantia gramina campi,
Concha marina globum Phœbi prius incolat uas;
Muscosi fontes *Vulcano* munera præstent;
Nilssoniæ bibant latices *Finnonica* rura,
Quam tua se nostris subducat fama labellis,
Suecia quam clarens fileat tua facta per ævum.
Et fuerint qvamvis mea condita membra sepulchro
Ipsa tamen resonent laudes tibi pulvis & umbra.

ILLUSTRISSIMÆ TUE EXCELLENTIÆ

devotissimus & humilimus
eliens
L. Tammelinus.

JUVENI

Solidioris literatura & vita decentissima,

DN. LAURENTIO TAMMELINO:

Philos. senioris Candidato egregie conspicuo, Clarissimorum parentum filio magnæ spei, amico meo ex animo dilecto;

*Disputatione Graduali sibi viam ad aliora
serpenti:*


Idere te genitum felici, docte satelles
Gratulor Aonidum; prospera fata tibi
Portendunt yis ingenii, robustaque virtus;
Et vigor eloquii, mens sociata DEO.
His te præcellens donis natura beavit;
Vult fias celebris Palladis arte magis.
Auguror hinc igitur te mox clarescere, votis
Annuat Omnipotens, qui valet, oro meis.
Sic patriæ charus fueris, Claroq; parenti
Solamen præfas, gaudia. Vive. Vale.

*In sinceri amoris tesseram hoc
transmisi σχεδιασμα*

JACOB FLACHSENIUS,
SS. Th. D. & Prof. Prim.

Per

Peregrinac Domine CANDIDATE,
Amice singularis.

Sic decet Filios egregios, augere gaudiā PARENTUM; sic implere spēm venturis ecclī; ut Fama illorum ac gloriax in animis, in conspectu Cordatorum hominum triumphēt. Millies recollas consequentias; quæstiunculas centies excusas; præcepta pariter, ingenti labore manuum, binc inde corrasa, vidimus; Et, quod rideas, pro miraculo concelebravimus. Cum tamen in talibus, parum Salis imo nihil, quod Judiciūs illustrare ac mentem confortare possit, in hunc diem potuimus notare; quia sunt notissima Lippis ac tonsoribus, imo plus quam vulgaria. Fugiunt imo effugient ista tandem puerilia, sublimiora horum Annorum pectora; dogmata antiquorum, cum reverentia; aliarum etatū, cum candore; nupertimi seculi genium, & inventionis ac dispositionis tum eloqvi cultum, singulati indagine lustrant, speculantur, ac in ijs se oblectant. Hoc modo ostendentes, multa egiisse, qui antè nos fuerunt, sed non peregiisse; Restare plurima, nec post tot dierum decursum, natorum natis, defuturam materiam, quam non possint adaugendo amplificare, Vidimus Tuum ardorem ac vim in

multis; experimenta & foetus ingenii Tui habemus in manu. E quibus, palmam forte tenet hic Discursus *Parapraesticus*, super notatilem C. Corn. Taciti Locum. Clamant TYRANNI, LICET si LIBET. Clamant aulicorum plurimi LICET si PLACET. Clamant PRÆVI HOMINES, placet si sequitur pretium. Clamant VULGARES; nummulum effundam si obtineam iniquum. Heu rerum tenebras! Heu pectora cœca! putant haud dubie SAPIENTEM POSTERITATEM, non divinis calculis annotare, imo consignare eorum actus, astutiam, malitiam, simplicissimam simplicitatem. Noster communis præceptor TACITUS, singula ista posuit in clarissima rerum luce: docens Historicos! quid sit & quantum laboris, condere HISTORIAM PRAGMATICAM; Novimus quam densus, quam aquilinus, quam incomparabilis est, hic locus: imo seculorum genius! nunc vero planus, coloribus candidus, ac è pyxide evolutus, ambulat in conspectum eruditorum. Faxit DEUS Maximus; Tam imperantes, quam ad parendios officia natos, sic defungi suis officiis; ut post sua fata, non audiant Templa, suggestus, pulpita, voces gentium, rora Historia, aliud de Monarchis de Senatoribus, de ministris variis *elegium*, quam quod est pietati, justitiæ, æquitati, honestati ac utilitati publicæ, planè conforme. Vale. T.

DAN. ACHRELIUS,

Literatisimo Juveni,

DN. LAURENTIO TAMMELINO,

Philosophiae CANDIDATO dignissimo, Parentis, de Ec-
clesia DOMINI, & re literaria optime meriti,
filio carissimo:



vandoqvidem subitæ saliunt in vela pro-
cellæ

Nautis, qvæ cœgunt ire, redire, ra-
tim:

Sœpe rudens tensus laxandus, sœpe plicandus,

Stringendusque venit, qui modo fusus erat:

Cogitur interdum fractis transcurrere remis

Sergestus. Magni sic fere quique viri

Judiciis vulgi jactantur. Opinio pellit

Invidiam: *David* quod probat ipse satis.

Has hominum sortes, malesana volumina rerum

Detegis: *Electus* loris tamen ampla manet.

Ex animo gratul. festin.

A. WANOCHIUS.
Phil. Pract. & Hist. Prof.

Ju.

Juvenis Praefantissimi

DN. LAURENTII TAMMELINI,
Philosophiae Candidati solerissimi
Instituto honestissimo
ita adplaudit

Leroës Celsi, duri Mavortis alumni,
Qvos Bellona ferox nutriti laete cruento;
Semideique Viri qvorum præcordia cinxit
Undique, collustrans animos prudentia clara;
Numinibus vestris qvæ stent encomia terris,
Posteritasque qvibus vulget sermonibus acta;
Mæonii Vates celebrant, monumentaque grandi
Scripta labore Virum. Tydidæ nomina qvales
Expressere notæ? Pelidæ gestaque qvales?
Alcides fortis vario memoratur ut ore;
Cæsar & Augustus sublimibus usqve tabellis
Narratur: Juli nec candida stella filetur.
TAMMELINE capis, Musarum docte satelles,
Ardua tanta animo, doctâ rimaris & arte.
Auguror hinc hederas doctarum præmia frontum,
Vertice gestabis, merito decoratus honore!

L. Mg. licet festin.

DAVID LUND:

a. w

Qui super astriferi tabulata nitentia templi,
Gymnasiarcha sedes, te precor ore pio!
Auspicium felix casto concede labori!
Sic mihi, sic musis, gratia grata venit.

PRODROMUS.

Pre prodigiosam lavernionibus, tetra tamen ambitionis fuligine conspurcatam, varie electionis hederam, ingenii sui monumentis, literato orbi divulgatis, appendit Andreas Alciatus I. C. ob pulchras alioquin sagacissimi animi dotes, & profunde eruditionis ubertatem inclitus; dum inter progymnasmata, nescio qua phrenesi Συλλογικαι circumventus, Cajum Cornelium Tacitum (cui Gerardus Vossius, & Justus Lipsius, illustrium ingeniorum Antistites, perperam Publio pranomen, in plerisq; editionibus vulgo adglutinari dictitant) suis inbiantem gazopylaciis, formidabile pre Pauli Jovii salebrosa conceptuum cunicula, senticetum, involutis implicatisq; spinis irretitum, pandere intempestive garrit. Quapropter praecox & stolidum hoc ejus judicium, à Balbasare Bonifacio in examine Romanorum Historiographorum nigro carbone pollutum, ne uspiam inter placita eruditorum amplius scintillet, ad Garamantas, & ultima fere Thules littora proscriptitur. A Vosso autem, qui ne critici cuiusdam superciliosi confabricare presumatur crinomenon, excusationis velamine cattide obnubilatur, dum & ejus iniqvum Phantasma, & auctoris per aera late diffusum splendorem, bac formula illustrare satagit; Condonemus tale judicium tanto viro, & cogitemus ex amore Jovii proficisci. Et quale illud, quod idem, & Æmilius Ferretus, ajunt, eum non

A

latine

latine satis scribere? Qvam hoc insipidum! quam insulsum! qvis enim non videt, dictio Taciti qvam sit elegans, qvam terfa, & limata? & tamen major est laus ista, qvod nihil eo scriptore vel cogitari possit prudentius. Hocce cavillatorum detestabili paroxysmo obfessi, perplurimi olim sycophantē semet ingefferunt, virulenti instar Hemoroidis, venenosō suo aculeo fiblantes, & nescio qvās oggannientium glossas effutientes, ut stigma aliquod vafre impuritatis Politicorum huic antesignano inurent. Budeus imprudens literatorum censor, omnium scriptorum sceleratissimum vocat, Tertullianus mendacem, Orosius adulatorem, infelici conamine contendentes, latinum hunc esse Xenophonem crudelis ac furibundi cuiusdam Tyberii pedia, qua principes ad execrabile tyrannidis crimen, non perfunctorie, non segniter, sed sollicita cura, sed grandi contentionē, invitantur, instituuntur, compelluntur. Ast hi debacchatores versipelles, auctoris profundissimi, civilem prudentiam, exorbitantis inscitie abyssō demergere, vesanis machinarum suarum strobis non dum valuerunt; per omnia seculorum namq; spatia, Regum favorem, Principum gratiam, optimatum venerationem, & eruditorum quorumcunq; felicie laete Minervae enutritorum estimationem, honorem, gloriam, placide absorpserat. Hinc cum primi qving, annalium libri in Germania Corbejē, quod ad Visurgim Benedictorum Monachorum Φροντιστήριο erat, a Questore Pontificio Philippo Beroaldo, fuerunt inter reliqua antiquitatum arcana in proscenium lucis e situ oblivionis extorti, a Leone X. aulicōq; loco, quingentos aureos, liberali vola depromptos, loculis suis inclusi: quod eruditorum crania ignorare Jacobus & Laurentius Theodoricus Gronovii, sine fastidio noluerunt in p̄fatione ad commentarium τῆς μακεδονίας, (ita enim filiali pietate adducti aarentem uppellant) Hinc tanti fuerat apud M. Claudium Tacitum

sit unū imperatorem, ut interiora penetratia bibliotecarum, ima-
 gine illius tamquam peristromate concylio quovis Tyriq ven-
 stiore, cohonestaret, & decies quotannis, ne vetus statis mucro
 exederetur, describi solicite curavit, ac intra latifundia tablinorū
 publicorum recondi. Verum si hoc veneratione sanguinis
 profectum esse, aliquis falso sibi imaginetur, quod ex familia
 eadem genus duceret; Quid trutinando judicabit bilanx no-
 stra mentis? quod Cosmus Medicus, Hetruria dux, hunc cri-
 tica Historie signiferum, pre omnibus aliis dignum reputavit,
 ab iis qui sceptrorum fulgura vibrant, impigro & pertinacissi-
 mo evoluī. Vir sane si eundem cum Mureto lituum inflamus,
 grandi prudentia, capaci animo, omnibusq; imperatoris artibus,
 vere excellens, vere clarus, vere augustus. Merore jam depro-
 mere desisto, delicatus illorum opiniones, quas bac tempestate,
 orbis terrarum gubernaculis fortuna prefecit; qui Taciti dicta,
 sententias, monita, tamquam e tripode prolatæ exosculantur.
 Sufficiat præsentis seculi Doctissimi Viri Heinsi, de coribæo hoc
 scriptorum, politum præconium, videlicet apud illum radicata mea
 fuisse occultam quandam, & mysticam baruspicinam, qua, non
 panas hominum mentes, non fallaces avium volatus, non im-
 pura animantium exta, sed Regum corda, consilia, cogitationes
 que admirabili dexteritate scrutaretur. Inq; omnibus linearum
 cancellis ab illo adumbratis, meram esse prudentia medullam,
 quam styllo compresso, lingua Svada labelloq; Pithus graphicè
 decircinavit. Intelligenter etiam hujus scriptoris subodoratur ge-
 nium Plinius Cœcilius Novocomensis Plinii Veronensis Nepos.
 lib. II. Ep. XI. qui dum omni genere laudum eximie illum cu-
 mulasset, pomposam banc superaddit Æneas, quod eloquentiſſi-
 simus fuerit hoc q; eximium habuisse ut œmuſas diceret. Ita luc
 culentissimis adductis laudum testimonios, haſsimus C.C. Tacitum,

a primo statim expresso vagitu, una cum numerosa obtrectantium caterva, dictorum suorum habuisse Mæcenates gravissimos, qui nomen illius a profundissimo oblivionis barathro, vitam a defecatis voluptatum iupanariis, dicta a virulento malevolorum morsa, liberarunt, extulerunt, mundarunt. Omnia vero propter meritum tanti Historici, nam que in ore mortalium lingua usq[ue] adeo soluta, & facetis copiosa, que tam volubilis lenociniisque abundans dicendi facultas, quod Orationis acumen, tam exquisitum, tam purum, tamq[ue] sincerum, ut vel minimum virtutis punctum, debito honoris cumulo exornare valeat. Certe in Romanorum antiquitatibus extricandis, grande Tacitus attulit adjumentum, cum enim ab excessu Divi Augusti, Tyberii Caesaris tumultuosa molimina, venturae posteritati communicare, cum sui nominis nunquam intermoritura gloria vellet; omnia tam magna quam minima, ut doctorum de ipso grato susurro tumultuantur placita, gnaro studio prosequabatur. Quidippe non tantum sanguinolenta concurrentium inter se exercituum prælia, tubarum clangores, caballorum spumantibus frenis hinnitus, concrepantium armorum raucos sonitus, truculentissimum mihi tremitus, hinc ululatus cadentium, inde garritus devastantium, stylo feroci delineat. Non tantum copias in hostem concitare, aciem signis toto campo volantibus perpolire, enses inimicorum cruento fœdere, per trucidatorum corporum acervos curstare, hostiles agros populari, ferro & igne omnia vastare, accurato contextu informat. Sed etiam quod ubiorem honoris meretur præmium, certamina plebis cum optimatibus, proscriptiones civium, delatorum incidas, suspectam principibus privatorum potentiam, perniciem innocentium, regnorum occasionem, Rerum publicarum & Imperiorum privilegia callidæq[ue] tyrannidis secretiora mysteriis Eleusinis abdita eruit, prodit, explicat.

Aet

At plus justo sarcasmo delibutis ingeniiis indisus sum, qui
 tamdiu propinquiori sacramento auctori obstrictus, in constru-
 endo elogiorum illius albo bereo, nondiffido tamen apud omnes
 cordatos, & emunctioris homines naris, excusationem pietatem
 in politicorum hunc Magistrum consecuturam; utpote ex cujus
 locupletissimo pena Materiam discursus inauguralis depromsi,
 selegi, extuli. Nunc memet cohibebo, crenam liberius strepen-
 tem compescam, ing. Tacitum amplius nullum propensioris affe-
 ctus contestabor symbolum, & gandeo id aliquando in mentem
 venisse; nam quamdiu sacris taciturnitatis comedibus constrictus
 conticebo, e transverso magno frigore ductissimorum ca-
 pitum exaudio crepitantia judicia, que fortassis dum ilia ex-
 cavata malevolorum rodunt, sudes etiam erunt collyrii illorum,
 qui me indignum auctumant, vel in laudem, vel vituperium,
 tanti scriptoris imbecillum calamum relaxare. Et quoniam ra-
 tum fuit ameno hic silentio subsistere, ne modum exceedam fiet.
 Suprimo itaq; quid de vivo bujus historiographi pectore pro-
 tulerunt, literarum germani proceres? Quid Doctissimus Bodin
 nus? Quid nunquam sine honore commemorandus, Flavius
 Vopiscus? Quid Vir acerrimi judicij Sidonius? In Epistolis ad
 Polemum, in Panegyrico ad Anthemium, in Epigrammatibus,
 & infinitis aliis locis. Quid deniq; memorabilium virorum per
 universum bujus mundi Amphiteatrum Palladia? que uti hac-
 tenus ita in posterum, fucundissimi auctoris, civilem multo sale
 respersam calliditatem, cum eterna nominis ejus veneratione;
 ebuccinare, propagare, & disseminare allaborabunt. Quorsum
 autem hic apparatus? Quorsum verborum iste fragor? paucis
 exponam. Quotiescunq; Ego inter Apollinis ad Parnassum Mu-
 sarum Aboensem juratos satellites infimus, C.C. Taciti oracula,
 ad statuam sani judicij caste revocarem, librosq; Annalium ac-

curiori scrutinio percursarem, stupescendi similiꝝ inter amplexus
 ejus h[ab]es, quia non tantum florentissimorum capitum argutias,
 non linearum sententiosas eloquendi formulæ, sed etiam singula
 verba, singula dicta, meram spirare plenis follibus politie succum
 annotavi. In lib. autem I. Cap. IX. & X. populum Romanum
 Principis sui Divi Augusti exequialia celebrantem, incestamq[ue]
 multitudinem hieroglyphica meditantem, postquam introspexi,
 non sine ingenti admiratioꝝ prudentum consilia, sapientum ju-
 dicia, & inferioris subsellii hominum solerçismos exaudire, &
 aleiori indagine ruminare, condignum reputavi. Augusto enim,
 debito mortalitatis decedente, Romanum imperium ingens attu-
 sisse dampnum videbatur. Alii defunctum tam mitem, tam
 placidum, tamq[ue] glorioſum Imperatorem querebantur, alii fu-
 turi Tyranni asperam crudelitatem extimescebant. Atq[ue] hinc post
 fata morte preventi, varijs fuerunt sermones, varia judicia,
 variae altercationes. Que omnia dum penitus animo meo in
 fixa habebant, & specimen aliquod Graduale (ut vocant) Am-
 plissimæ Facultati Philosophice demonstrandum erat; indultu
 eorum q[uo]dorum inter erat; soſu Celeberrimi Presidis, ductu
 ditorum capitum, materiam DE JUDICIIS MORTALIUM
 CIRCA FATA MAGNORUM VIRORUM suffragando delegi
 mib[us] adoptavi. Illam quidem augustiorem præ se ferre ex-
 cellentie dignitatem, non diffiteor, quam ut ad trutinam ju-
 venilis mei cerebelli examinetur. Judicium castum, ingenium
 exquisitum, animum belleboro prudentioris intellectus purga-
 tum, tam intricata requirit materia indeles. Interim meos con-
 ceptus in argumento tam sublimi, tam arduo, tam abstruso, nullo
 pavore venerabili circumfusus aperire non verebar. Vocabu-
 men differentias, conceptus coherentiam, facundie puritatem,
 & manuscriptorum concordantias, quibus scatent selectissimorum

commentariorum tomis, examinando conciliare fastidivi. Iis enim componendis, & resolvendis, suam operam collocaerunt preter Jobannem Fredericum Gronovium, J. Lipsius, Rhenanus, Ursinus, Muretus, Pichenas, Mercerus, Gruterus, Acidalius, Grotius, Freinsheimius & multi alii; Meum levi brachio, stylo simplici, studio qualicunq; civilis prudentie medullam, intra claustra, compressorum vocabulorum delitescentem, eruere & palam producere unicum erat propositum. Omnia ad amissim prescriptam a Jobanne Henrico Boëclero, in *Commentatione ad Taciti primordia Annalium*. Idem enim sine rubore de illo testor, quod Christophorus Forstnerus Austrinus, olim de Trajano Boccalino, videlicet illum esse caudam & caput meæ scriptiōnis. Interea vero temporis dum hanc libero spiritu suscepit spartam, pro virili ador- nare pertinaci sedulitate adnitor, proborum qvorumcung; judici- um, cordatorum humanitatem, & bonorum omnium infucatam uiciorū desidero, expecto, præstolor. Vos Theonum & Aristarchorum desperdite icones, censores mei discursus non efflagito, ex iis enim petulantissima maledicentie vestrae virus effundendo Apulejanam qvandam μεταμόρφωσιν, & plenis cachinnis ridendam ματαιοlexviav, facile transformabitis. Sed obserate moneo tume- scientium labiorum vestrorum garritus, ne aliquando suffiria sanctorum animorum, in capita fortunasq; vestras exardescant; ac Diræ furiali carmine comprecate, quoiquot faucibus Erebi continentur, spurcam averni pestem, fædam rabidi Draconis spumam, & qvamcunq; fabrieare possunt perniciem, in vos aliquando effundant. Cum demum dignas improbitatis & seelerum vestrorum dedisse poenas, cum perpetua ignominia deplorabimini. Sed Heus prodrome, satis jam, satis inquam ad nauicam usq; buccas inflasti, nunc conticesec, & num frangendo nucem nucleus inve- niam experiar.

80
CAPUT. I.

§. I.



ommune & tumultuosum hoc, in quod nos natura duxit, theriotrophium, quoties scoria ruminazione pensiculare, & circumspicere vacat; toties illud nihil aliud esse quam miseriarum, calamitatium & ærumnarum confusum, execrandarum voluptatum & flagitorum detestabile chaos, deprehendo.

Ubi omnibus eadem est nascendi conditio, eadem vivendi moriendique lex, exlatione conceputaque concreti parentum, in maternæ alvi obscuris latebris, ad tempestivam gignendi maturitatem claudimur, in natalem explosi lucem, a miseria, ab ejulatu, a lacrymis vitam ordinmur. Non delitescunt maternis in angustiis mollius meliusq; Regum magnorum fietus, non levant parieundi difficultatem fasciæ auro fimbriatae, non excludit vita prodeuntis acerbitatim in purpura nascendi fortuna. Et deniq; uti inchoandæ, ita perlexendæ vita stadium, æqua omnibus lance natura parens admetitur, omnibus calamitatum & anxietatum austrum porrigit poculum, metus & doloris dubiam exponit aleam, per ancipitis fortunæ calus, per varia rerum discrimina ductos, obfuscantem tandem fatis animam, hospitio sui contubernii divellit. Quam casta sunt verba Edonis Neuhusii, in Theatro ingenii humani. Omnes acerbissimis in vita curis eorūvemur, non minus in futurum anxiis, quam solliciti in præsens, etiam præteriorum recordatione obstupefacti. Ingressum primæ lucia infantilù ignorantia, progressum labor, egressum dolor, cursum omnem error, sollicitudo, anxietas, obsidet. Sæpius vix satis diu vexati, dejecti, mirisq; ludibriis exposti, vix baculo miseritatem senectutis innixi, vix dimidium curriculum absoluti, curvatam falcam fatali depopulandi privilegiis munita Mors ultima linea rerum extendit. Non terrent grandævos illius oculos, sceptrorum ful-

gura

gues, non armorum illidentium fragores, non Principum herofci spicetus. Non opitulatur sapienti, craniij illius mira profunditas, non juveni generosa florescentis animi indoles, non Puellæ purpurascientium genarum & labiorum minium, sed omnes dominio illius subjecti, alios febri, alios tabe, alios angina, alios epilepsia, alios apostemate, alios spalmo, alios pneumonia, alios stranguria, perdit, consumit, enecat. Sed quid sapientes? quid Juvenes? quid Puellas moror? altius semet cogitationes meæ ad pensitandum mortale Iudicrium ingurgitant. Unde Rerum publicarum casus, Regnorum ruinas, Principum diversam fortunam, credis exardescere? nonne perniciosa hæc exitia, intempestiva sua laniena carnifex omnium mors infert? dum vel consiliariorum abundantiam, vel militum copiam, vel reddituum proventum, vel ipsa Regnorum capita rapit, & diminuit: Unde ut jam alia raseam, sèpiuscpla interregnorum spatia, & fatales rerum publicarum periodi oriuntur. Nam quantum mortuo capite Regno adfricetur incommodi, quam anceps fortuna offertur thessera, luculento documento esse possunt etiam velocissima de expiratione Principum nuncia, videtur enim fama præpes per aerios tramites volare, & sèpe ante ipsam mortem rumorem spargere. Qvod ex Ammiano Christophorus Fostnerus obseruat. Nam anteqvam Maximus Tyrannus occisus esset in Gallia, Romæ in circo Maximo populus incertum ratione quadam percitus, an præsiglio, Sylvanus deyictus est, magnis vocibus clamavit. Elisabetha Anglia Regina, quo primum die decubuit, in Gallia illam abiisse ad plures innotuit. Unde Prudentum solennis orta est resolutio, ne salus publica perturbetur, ut illi qui secretorum Regiorum arbitri sunt, excessum Principis celent, vitam transactam supprimant, usq; dum omnibus necessariis observatis, de certo successore sic transactum & prævisum. Adferam Exemplum dilucidum, de quo ulterius consule Fostnerum, Sulimano Turcarum Imperatore, inter castrorum strepitus defuncto ad Zigelum, Muhametes purpuratus, ne res vulgaretur

Medico occulte jugulato, tamdiu vita cum morte commutacionem secretam habuit, donec filius Selymus Constantinopolim advolans, in sede imperii paterni consideret. Memorabilis etiam est consternatio plebis Romanæ, dum Cœsaris Augusti valetudinem, vel ire in melius, vel tamdiu ingratuescere, donec mortalitatem impleret, expectabant; Dolo fœmineo versuto eludebantur, acribus namq; custodiū domum, & vias sepperat Livia, latissimorum nuncii vulgabantur, donec prouisus que tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulerit. Tacit. I. I. An: Hoc autem nuncium, cum tympana aurium illorum pulsaret & omnem curam fata vicisse, Cœlaremque in sua principia resolutum esse intellexerunt, quam fuerunt anxii potentes, quam consternati milites, quam conturbati reliqui, P. Velleius Paterculus in Hist: Rom: lib. II. c. CXXIV, depingit, his verbis: *Quid runc homines timuerint, que senatus trepidatio, qua populi confuso, quis orbis metu, in quam atro salutis exitio, fuerimus confinio, nego, mibi tam festinanti exprimere vacat; nego, cui vacat potest. Id solum voce publica dixisse habeo: cujus orbis ruinam timueramus, eum ne commotum quidem sensimus, tantumq; unius viri majestas fuis, ut nec bona, neque contra malos opus armis foret.* Qualis igitur, quantumque fuerit in communī vita Augustus Cœsar, ulteriori cura dispi- ciamus.

§. II.

Primus, si chronologis assentiri fas est, qui quartæ Monarchiæ post fusum & devictum Pompeium auspicia dedit, erat Caius Julius Cœsar, dux fortitudine robustus, doctrina celebris, perq; totius vita spatiū constantia incomparabilis. Hic quem spiritum prælio, furialia enim & exitialia infinita gessit, debuerat, execrabilis supplicio reddidit, cum a Cassio Marcelllo, & D. Bruto postquam Cimber Tullius ab utroq; humero togam apprehendisset, turpiter viginti tribus vulneribus confossus, obtruncabatur, moriens, stagnanti cruentis uligine, curiam sedans, qui terrarum orbem

¶ 11 (¶)

orbem civili sanguine vivus impleverat. Post crudele hoc & avāθρωπον facinus, Octavius Augustus Monarchiæ ulteriorem propagationem suscepit, Imperator omnibus omnium gentium ac populorum viris, magnitudine sua gloria inducens caliginem ; ideoque consulatu M. Tullii Ciceronis, non mediocre adjectit decus, natus eo anno nobile & illustre hoc Heroum pignus. Qvam primum imperii fasces ipsi in manus traditæ fuerunt ; omnium magistratum vim atque potestatem, solus obtinere inhabebat. Initio statim Triumviri titulum una cum Antonio & Lepido arcipuit ; tyrannidem oppressa jam Repub: honesto nomine, veluti specioso quodam mangonio celans ; Hoc autem exuto utpote exiguum generoso pectori, Consulatum, altissimum post abolitum Regale sceptrum in Romano Imperio fastigium, in se deriyavit. Tarquinius enim superbus, septimus & ultimus erat, qui apud ingratissimam & ex nequitiarum omnium colluvione concretam multitudinem regale solium ornavit : Hujus filius sextus Tarquinius, cum Lucretiam, quam Romanæ castitatis immortale decus falso autumant, corpus suum elocantem, militique substernentem stuprasset ; postea ob leye hoc crimen, nullum amplius Regale jugum, usq; ad tempora Julii Cæsaris, ad usum & exercitationem turpissimorum facinorum dejecta hæc turba toleravit. Sed in locum hujus Consulatum annum & vagum magistratum ordinavit. Hunc cum obtineret Augustus, etiam Tribuniciam potestatem tam plebejam quam militarem arrogavit, ob fastuosa ipsi concessam auctoritatem allelius, nam hi quidqvad fas nefasq; erat potuerunt. Qvapropter Muretus : Tribunorum plebis maxima erat auctoritas, ut qui emibus aliis magistratibus intercedere, eorumq; conatus impedire possent : (nam si unus tribunus dixerat, veto, irritum erat quidqvad agebatur) cum ipsis quoq; consules, non unquam obtorto collo in carcerem traherent : cum senatus consulta arbitratu suo rescinderentur, quod caput est, Sacro Sancti essent : ita ut eos violare aequos attingere piaculum haberetur. Ne vero recens hoc ejus

imperium, vel maturum dominandi ætum, vel insperatam rebellionem, vel subditorum morositatem, concitatet, prudens aggressus est consilium, monente Davide Mevio Iclo, & Juris in Academia Gryphiswaldensi Professore, postea summi tribunalis Regii quod est Wismariæ, Vice-Praefte, in Tacito suo Politice resoluto, uti decet inter feroce gentes recenter occupato imperio. Militem donis, populum annonam, cunctos dulcedine otii pellexit, certamina potentum, avaritiam magistratum, ambitum legislatorum, censoria correctionis acie prohibuit, preparatoque omnium favore, summum in imperio dominium arripuit. Quæ omnia his verbis delineat Tacitus: *Insurgere paulatim, munia senatus, magistratum, legum in se trahere, nullo adversante, cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium quanto quis servitio promptior, opibus & bonoribus ex tollerentur: ac novis extrebus aucti, tuta & praesentia quam vetera & periculosa mallent.* Negli provincie, illum resum statim abnuebant, suspecto senatus populis, imperio ob certamina potentium, & avaritiam magistratum: invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur. Proh Deum immortalem! tantum ne etiam tum temporis, atri sacra famæ valuit? ita assolet in corrupta republica, vis, ambitus, argentum, omnia possunt. Hinc lamentatio Christophori Forstneri, quam vellem! non hac infirmitate Europe nostra provincia pene omnes laborarent. Nisi me omnia fallunt, sumus erunt, aut vehementissima, & ingratissima medicina pellenda erit tanti morbi vis. Proporro vero ut adhuc dum confirmaret auctoritatem Imperioriam, subsidia dominationi acquisivit, sceptrum ob metum extraneorum, & peregrinorum, propria familia munivit, & qvoniā æniva a diis punicitur, nullaque progenie mascula bearetur, sororis Octaviae gnatum Claudiu Marcellum, successorem elegit: adolescentem ut placet V. Patrculo, ingenuarum virtutum, tactæq; fortune in quam alebatur capacem, sed hujus vitæ tedam, dum adhuc admodum Juvenis esset, Parcarum inimica manus amputavit.

putavit. Ideoqve M. Agrippam, qui filiam Julianam toriconser-
tem habebat, extulit. Tyberium Neronem & Claudium Drusum
privignos, imperatoriis nominibus auxit. Erat hæc Julia
mulier, neq; sibi, neq; Reipub. felicis uteri, qvamvis filios Cajum
& Lucium in lucem edidisset. Nam ut marito fatis prævento,
Augusti excessum videre prohibitum fuit; ita neuter filiorum, qui
tamen una cum Patre Regni modetamen incentivio desiderio ex-
petiverunt istius diei punctum attingere. Nam qvam primum
Agrippa, aterbo (ut cum Poeta loqvar) funere mersus erat, Livia,
vetula qvocis impostore ferocior, ambobus natis, dolo necem
paravit. Lucium euntem ad Hispanienses exercitus, Cajum re-
meantem Armenia, & vulnere invalidum, crudeliter interemit.
Hinc Lipsi tale de illa testimonium: *Nata exitio Reip. bac mu-
lier & sua domus, sed bene quod Tacitus unquam dissimulat fraus
dem ejus & scelus.* Ultimo, solus Nero privignus superstes erat,
nam & Claudio Druso pridem σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις
contigerat. Hic in collegam imperij & consortem tribunicia
potestatis assuebat, ipse autem & mater illius, ita devinxe-
rant Augustum, ut nepotem unicum Agrippam Posthumum in in-
sulam Planasiam projiceret, rudem bonarum artium & robore
corporis stolidæ ferocem; omnemq; Imperii curam ipsi demandaret,
& Germanicum Druso ortum per adoptionem Tyberio
adsciri juberet. Tandem vero, cum gravescere valetudo divi
ceepit senis, tum scelus Livia execrabile suum virus ejaculavit,
vitamqve marito venenosæ sicuum mortuæ eripuit; ut Tyberius
Nero filius, maturius ad Imperium perveniret, mortifero crimi-
ne famam & vitam contaminans. Sed quæ te pestifera & fune-
stra mulier Livia furia adegerunt? ut in proprium conjugem in-
festior essem qvam hostis, quæ rabies animum tuum obsedit? ut
tam cordarum senem toxicò necares, Quæ te ingenii violentia
unquam æquabat? Quando ignium globis in circulo suo gradi-
ens mundi fax, factum in terris sceleratus vidit? Qvis omnium
mortaliū a primo principio rerum & gentium tam fædo se

parricidio obstrinxit. Quæ barbariam nefarium & truculentum editum facinus cognovit? O tragicis sceleris prodigiosum exemplum! O crudelitatem inauditam! Sed generositatem & prudentiam Herois dum viveret cordatissimi & in lago & in Toga, nenie ipsi a populo Romano conlectata nobis aperient, itaq; quid recessu contineant placide inquiramus.

§. III.

Postquam Lethæa pocula Octavius Augustus secundus Monarchæ Romanæ restaurator absorpsisset, decora funebria imperatori digna fieri Parœ curarunt, demortuum cadaver senatores humeris imposuerunt, per portam triumphalem in campum Martis transportarunt, rogo cremandum tradiderunt, totumque sepulcretum, ut titus illorum postulavit, pretiosissima & splendidissima elegancia cohonestaverunt. Inter fluctuantem multitudinem Mausoleum defuncti aspectantem, mirus varius & multus erat sermo, alii encomiorum adores, alii reprehensionum catalogus erexerunt, plerique vana admiratione percussi attoniti steterunt. Horum judicia Cornelius Tacitus, stylo terso & sicco describit, illaq; vel in judicia vulgi vel judicia prudenterum partitur ab initio Cap. IX. ad calcem c. X. quæ omnia schematibus Politicis illustrare ea tamen qua par est brevitate decrevi.

§. IV.

Circa exequalia molimina, non amplius simulationem, non ~~mecezgian~~ Tyberii rumoribus differebat civitas, sed occasione funeris in inanem ~~λογοπαξιαν~~, hominum resolvebant ora; aliter multitudo inferioris sortis (hanc enim per plerosque inteligit Tacitus) aliter illustria ingenia disterebant. Vulgus, sicut solet, cum exulta non capiebat, sordida & obscura vano stupore, & incondito susurro mirabatur, cum publica & sublimia imperii magnalia non intelligeret, ad fortuita, inania, & in extremitate posita, animum & loquaciam vertebat, eum latentia rerum viscera penetrare non valebat, sumnum corticem & obvia specie

ulte

fluite lambebat. Aliquid augurii colligebat, quod eodem die, ac consulatum suscepit, lumina clauderet, Augustus nempe XIV Kal: Septembri, sive ēreva ηγή δεκάτη τῆς Αυγούστα, ut habet Dio, & ex eo Zonaras, & ante utrumq; Suetonius, consentiente Bæclero. Observabat insuper, quod Nolæ intra etroundem parietum claustra, ac in eodem cubiculo, quo genitor Octavius animam exhalasset, atrocí morti succubuisse. Veniebat porro in argumentum admirationis, quod solus & hoc qvidem antea inauditum XIII. consulatum gessisset, quod Tribuniciam potestatem, per annos XXXVII. usurpasset, quod Imperatoris nomen XXI. adeptus esset. Qxæ omnia infra opiparum animo parabunt edulium.

§. V.

Nunc ad ~~ωδίφερον~~ textus circa questum vulgi, pleno gradu contendam. Multus bīncipio de Augusto sermō ple-
vus vana mirantibus: Ea est sors illustrium quoq; mentium, ea post lethum conditio, qvia universo populo, malignum ali-
quod virus inest & querulum semper in imperantes; Qvod enim Principi communi adhuc fruenti aura, metus pensare ve-
tat, id effrenis lingvæ licentia, traductis vita diebus, recom-
pensat, uti paucis indigitat David Mevius th. 59. Hunc mun-
danum intuens lusum Soneca, occasionem gravis consilii moni-
tiqve petit: *vestra facta dīllaց rumōr excipit, & ideo nullū ma-
gīs cavendum est, qualem famam habeant, quam qvi qualem-
cungz habuerint, magnam habituri sunt.* Parili ratione Dio
hæc verba combinat: ηγή πολυπεφυμονθως μὲν οὐαὶ τῶν δέ-
κοντων γεγρόμενα ἡγή οἱ λοιποὶ πάντες γέγονε. Omnes homines
libentissime acta principum perscrutantur: Eaq; inquit Bæcler-
us, tum alius temporibus sui rumoris argumentum faciunt, tum
post mortem ejusq; solenniter & collecto cumulo examinant, lau-
dibugz extollunt, aut vituperiū onerant. Ubi observare con-
ducit, qvod posthumus hic plebejus qualiscunq; demum sit

garritus

garritus, non parum roboris ad veræ gloriæ fidem colligatus, utpote quæ libertatem, quæ simplicitatem, quæ ingenuam veritatem secum conjunctam habet, sicut vice versa in tyrannorum infamia notanda, validus illum inniti synceritatis talo, absq; omni dubio suspicor.

§. VI.

Fomentum palmarium admirationis erat: Quod idem dies accepti quondam imperii princeps, & vite supremus. Quod Nole in domo & cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finivisset. Vah superstitionem! insigne apud Gentiles barathrum erroris, cuius beneficio Cimmeris obrutinebulis, totinaes commentationes, tot auguria, tot ludibria commenti sunt. Sed in hoc campo mihi alieno eqvum provocare desisto. Qui iis delectaris, evolys Gerardi Johannis Wossii Theologiam gentilium, præcipue lib: I. cap. III. & horum dauidiawicay vel eiswololacgeas festi vel ector, valde sinuosis mæandris involutam esse intelliges. Interim & hic attende, seposita scrupulosa superstitionis conscientia, occultam inesse & temporibus & personis, fati dispositionem, quam si non credere tamen observare ad minimum conductit. Egregia ex Thuano tradit Exempla Christophorus Forstnerus, quorum unum huc transcribo, Anno Christi MDLXVII. Gotha, & in ea Joannes Fridericus Saxo, die quam Misericordias Domini vocat Ecclesia, captus est: qua die ac pene hora ante XX. annos Joannes Fridericus septemvir, ejus Parenz apud Mulbergam a Carolo V. acie vicitus atq; captus est. Unde factum hujusmodi prodigiis observatis, sunt qui certos statosque dies, sibi suisq; felices aut infaustos esse, sive vera sive imaginaria observatione notarunt. Turcæ totum mensem Augustum conatibus suis felicem esse gloriantur. Egregie ulterius differit prænominatus Forstnerus: Ceterum ut temporibus, ita personis quoq; terra omnia inesse creditur. Indeq; notatum est, regna, & imperia plerumq; vel concidisse, vel saltem insignem subiisse mutationem, sub principibus cognominibus primis imperii autoribus.

Persa.

Perfaram regnum sub Dario & Cyro captum, altero Dario imperante corruit. Libera Roma facta est, auctore L. Bruto; in dominationem recidit temporibus M. Brutii. Constantius Magnus imperii Bizantini fundator fuit; quod eversum atque ad Turcas translatum est, imperante Constantino ex familia Paleologorum; & horum uterque matrem habuit Helenam nomine. Hac quid sunt quam

Syndus, & occulti miranda potentia fati?

Verba supra posita ipsius Historici, sententiarum apud autores sufflaminat divortia; Triplicem enim numerandiratio imperii Augustei. Alii ab Actiaca pugna devicta IV. Nonas Septembres, alii a sexto ejus consulatu VII. Idus janua: cum Imperium illius senatu firmatum, datumque cognomen Augusti. Alii a primo consulatu, scilicet quod is gradus & aditus ad reliquos honores, is fuit XIV. Calend. Septembres. Ultimam sententiam, utpote potiorum, potiores arripiunt Commentarii, Lipsius tamen mediā, propter verba quae lapidi viderat incisa Narbone.

§. VII,

Neque vim Majestatis Octavianæ, neq; modum invadendi plenum dominium, susurrum sordidæ plebis intellexisse oīq; ḡλη μεθανερῶς detegit Historicus noster, dum hæc seqventia admirationis momenta combinat: Numerus etiam consulatum celebrabatur, quo Valerium Corvinum & C. Ælarium simul & quaverat: continuata per septem & triginta annos Tribunicia potestas; nomen imperatorū semel atq; vices partum: alioq; honorum multiplicata aut nova. Ita se gessit per totius sui ævi spatiū Augustus Cæsar, ut duraturæ μοναρχίæ aulicia proderet, Popularem Romanorum effervescentem libertatem frangeret, dominationes & imperia extraordinaria cum ordinariis conglutinaret, omnemq; regendi facultatem in unum transmutaret. Sed quomodo? an vi & arrogantia? an ferro & excidio? an depopulandi præcipitania? an deniq; furiosa yobilitate? minime: sed maturo consilio, sed adjutorio legum, sed ἡρύχω πόδι, & paulatim priopriens jura Majestatis occupavit.

In primis Triumviralem societatem oligarchicam; cum Antōnio & Lepido constructam obtinuit. Postea iisdem jugulatis; & fractis partibus Brutianis, Cassianis & Pompeianis, nomen hoc non immerito pridem omnibus invisum, abdicavit, & ad civiles Magistratum titulos admovevi gestiebat, ut ordinatio jure & statu libertatis usitato, cuncta machinari videretur. Consulatum itaq; grande in Regno Romanorum eminentia fastigium exhibito senatu veluti vestis p[ro]prio sibi induebat: Etiam Tribuniciam potestatem, per omnem vitam plebiscito concessam, Sacro Sanctam & inviolabilem fecit, hoc πλάσμα & ἔργον comminiscens, ut posset pleraque quibus roborabatur summi imperii dignitas, veluti legibus concessa expedire, & sub specie tunc de plebis ut Tacitus exprimit. Quapropter etiam Tribunatus ab initio in Repub; libera institutus atque comparatus erat: Licet Tribunus propter Patricios nominari noluit, Tribuniciam potestatem tamen maximam retinuit. Sicq[ue] Imperia q[ua]e haec tenus penes senatum populumq[ue] resederunt, in unum transferabantur, donec durasāa institueretur, & unius fieret q[uo]d antea plurimum fuit Imperium. Sagaciter de multis ratio Augusti gubernaculo, joculatur Boeclerus in annotatis ad cap. II. Annalium: Agedum induat larvam bistrionalem Augustus, & drama suum agat, ut deniq[ue] judicari possit, an satie commode vita & imperii minimum transegerit. Ecce procedit primum habitu loricis Consul[is], mox in concionem populi quasi Tribunus prodibit. Summum illud purpure decus, in Augusto resplendescet veluti fastigium q[uo]ddam auctoritatis Aristocraticæ, sic enim prænomina-tus commentator: Consul nomen legiesimum est, civile est, patrum est, & quod magis ad rem facit, consul nomen ita excludit regnum, ut tamen non perum retineat de regia potestate. Q[uo]d omnia prorsus oportuna Augusto erant. Invaserat principatum civilibus & luctuosis armis, itaque ex violento dominatu redigendum erat imperium justum, legibusque & amicum & conformae: Quomodo hoc fieri poterat? inquit Boeclerus,

potest assumptu insignibus & vocabulu quo libera Respub. & amavit & jahavit. Non potest senatus gravare consulem, quia pars senatus est. Non populus aspernari volet Consulem, quem suffragio suo designavit. Ergo, quod felix & faustum sit, in posterum Augustus si qua regio more ageret, non ageret ut Rex cuius arbitrium pro lege est, sed ut Consul, cui lex arbitrium permisit. Tam circumpectam prudentiam, tam ingenuas imposturas, tamque subdola machinamenta, novus hic Qvirinæ libertatis suppluator exercuit, adeo ut mirum sit oleum civilis sapientiae, unius peccatus tam profunde irrigasse. Certe non minimum erat, consulatum gerens, illum pro libero arbitrio dispensavit, illum cum visum erat, & quamdiu ac quoties visum erat retinuit, illum modo paucis mensibus, modo paucis diebus, modo paucis horis administravit; usq; dum omnem hujus ævoualiam calliditatem tandem effectus subsequetur imperium videlicet prorogator, sibiique soli quoad omnes partes, & quoad totam latitudinem subjectum, & quovis observantia genere obstrictum. Illibatum igitur hunc eminentioris fastigii gradum per XIII annos custodivit, quoties ne unus quidem patriciorum ante. Imo, quæ Augusti pro singularibus habuerant exemplis, Valerii Corvini qui sexies, C. Marii qui septies consul prodierat, nunc æquata ab uno esse dicebant. testatur idem Muretus: *Tertii decimi consularis memoria extat & in veteri quadam inscriptione apud Faneſtres, etiam Statius in filiis:*

*Ter latio deciesq; tulit labentibus annis
Augustus fasces.*

Tribunicia potestas Augusti egregium præbuit Democratis simulacrum, quod facile imaginem Monarchiæ recipere pote erat, & sub hoc involucre summo conamine condebatur. Nam ut Sacro Sancti, ut inviolabiles deinceps essent Principes providit Augustus, assumpta ejus magistratus specie. Etiam Agrip. pam & Tyberium, in consortium hujus dominii, ad generationem civium & spem successionis proverit. *Quid, (Boclerus) quod solius hujus Magistratus fastigio cetera*

imperia poterat Augustus preminere etiam cum nollet usque quod
que præminens viderit? Certe sub hoc nomine in posterum ordi-
narie Monarchica successio adornata & promota est. Hanc hono-
ris coronam perennem retinuit per XXXVII annos. Imperato-
ri semel atq[ue] vices partum nomini quod attinet more consuetu-
do ad ungues depingit Muretus: Duces exercituum antiquitas re-
bene gestas, gaudio & impetu victoria exercitus Imperatores con-
clamabantur. At qui postea rerum potiti sunt, alio sensu impe-
ratores votati sunt, cum eo nomine summa omnium rerum potes-
tus indicaretur. Sed cum quoq[ue] jam imperium adepti, quoties
aut per se aut per legatos insignem aliquam victoriam adepti
erant, Imperatorum nomen assumebant. Et sic Augustus no-
men Imperatoris semel atq[ue] vices pepererat. Hæcjam fuere post
placide regiae ingressum, Cœsari, illorum qui ad plebejam de-
jecti humilitatem, in vilium rerum cura & cogitatione forde-
scunt consecrata Necysia, hæc ebuccinata pro captu illorum
laudum emblemata, hæc de mortuo principe judicia. Nunc
sublimiora me alliciunt rerum arcana, vale itaque vulgus igno-
bile! vale sex gentis Latiz infima! vale profanum instabile &
futile agmen! Tu vero salve generosa prudentum cohors! Sal-
ve illustrium capitum veneranda panegyris! Salve nobilium
concio augusta! Qualia Regi vestro fatis perfunctio occinuisti En-
agonismata, pace vestra paucis examinabo.

CAPUT. II.

S. I.

Grevis illa, & vetecundo intelligentie succororata, illu-
strium animorum de Principe Oratio, variam sui reve-
lat schematis figuram, aliis miti placidoque stylo, ad o-
mnem humanitatis gratiam est composita, aliis aspero
& difficili, nullum amicæ benignitatis sensum admittit. Ille as-
perto pectore, minime sua cupiditati fucum praetendit; iste
operto

sperto obtegoque secondos intus sensus premit; aliis a fronte,
 quam recessu animi sectetore. Hic provido omnia consilio me-
 tirur; iste fastidiosa morositate ingenii ferociam pandit. Pleris-
 que Marcelli vehemens impetus, & Catonis severæ rigiditatis su-
 percilium; multis Fabii religiosa cunctatio, & Cesaris officiosa
 largitas. Adeo ut in diversissimo hoc ingeniorum Theatro diffi-
 cilium sit, quamcunq; scrutinii sagacioris adhibueris trutinam;
 cognitu, utra pars circa exequalia sacra, credulitatis majoris
 reportabit coronam. Nostra cura in presentiarum, prudentiarum
 defuncti, extollentium & honesta specie adornantium voces exas-
 minabit, tum forte arguentium & reprehendentium ineptias, ea-
 put seqvens ad amissim minime captiosam expendet. Prudentes
 politiores sedulo in id incumbunt; qua ratione omnia illa excu-
 sationis involucro recondant, qvarum invidia clam Augustus
 flagraverat; & qve virtutes illius, nebulis tenebriscolis involvere
 videbantur. Itaque sic rem omnem reputant: Ad bella civilia,
 ad calamitosa dissidia, Divinum Patrem necessitudo, non effre-
 nis impetus, non inconsulta temeritas pepulit. Nonne oportuit
 filium & heredem commune gentium jus observare? nonne pa-
 rentis effusum cruentem, detruzione nefariorum fieriorum ad
 sulphurea Eumenidum stagna, reposcere? Nonne perturbatissi-
 mam Reipub: confusionem ferro & armis quietare? Postea vero
 e medio sublati amulis, ac potentiae consortibus, an pristinam
 status libertatem concederet? an multitaria imperia iterum re-
 suscitaret? an arbitrariam vivendi facultatem restitueret? minime:
 nam discordis divulsa civitas hujus remedii patiens non erat.
 οὐδὲ πειρατῶν ἀδύτων τὸν δημοκράτην εἶναι
 τὴς σωθῆναι, refert Dio. In magis itaque salubrem formam,
 convertenda fuit Resp. unius imperio conservanda & restauranda.
 Hoc effecit noster, non tyrannide, non ira, non ferocitate, sed
 modestia, prudentia, & civiliore remedii genere. Tantus insu-
 per erat inclita memoria sensis in patriam amor, ut non solum
 totius imperii corpus disposita compositione stabiliret, intra-
 terminos

terminos & munimenta destinata, partim Oceanum, partim Ion-
ginqua flumina Euphratem, Danubium & Rhenum conserva-
ret, legiones idoneis & oportunis locis collocaret, provincias,
ad publica adminicula partiretur, classes quibus maria transfretare
posset extrueret, ea harmoniae congruancia, ut ad ubertatem pa-
riter ac tutelam singula universis responderent, & in mutuos in-
victem usus expedita essent. Sed etiam in fani sacrificia, in foro
iustitiam, decenti ritu administrandam curavit. Legibus vim,
judiciis auctoritatem, opimatisbus rigorem restituit, apud socios
omnia modesta civiliq; licentia gessit. Non potestatis magni-
tudine spiritus altos gerebat, non omnibus insolentiae gradibus
exultans, Deos hominesq; contemnebat, non sumpta qvavis a-
gendi temeritate populum infinitis injuriis contumeliisq; vexa-
bat, non impotenti libidinum imperio subiectus, diras in alios
dominationes exercebat. Sed ad conspicuum honoris culmen
proiectus restrictio insolentiae freno, non minus virtutum quam
dignitatum apice supra alios se efferebat, publico regni & civi-
tatis, commodo, euras cogitationesq; intendens. His ferme vo-
cum captiunculis personabant illustria illa capita, qvæ desideri-
um præsentis status, & obsequia erga ingenuum ejus auctorem
serio induerant,

§. II.

Sophismæ sermonis sui principia ordiuntur sapientes: *H*ipie-
tate erga parentem, & necessitudine Reip: in qua nullus tunc
legibus locue, ad arma civilia attum, quæ neque parari possent,
negabatur per bonas artes: *J*ustam causam ab initio statim præ-
tendunt, ingressum Augusti, per civilia arma delineant, factum
qve excusationis modestia recondunt: qvæ ipsis mandavit pie-
tas erga patrem, honor erga regem, obsequium erga dominum.
Ast sub hoc sophismate rationem potissimum & primariam pru-
denter celant, nam stratagemate usus fuit O&gavius, dum vide-
batur interfectores patris perseQUI, funestoq; ferro Remp: inva-
siti, sibiq; subjecit. *H*ic autem omnem armorum illius crepitum,
omnem

omnem dominandi appetitum, omnem libertatis oppressionem, affectus filialis erga parentem, tamquam fomentum totius incendi bellici, factæ sanctimoniz pigmento oblinere satagit. Veram causam ingenuæ profiteri subverebantur, nam sub specie ultiæ armæ contra patriam sumere iniq'um ostendit. Boëcler us hac dicit: *Valeat hoc loco illud Ciceronis Philipp. 2, 22. omnino nulla causa justa cuiquam esse potest arma contra Patriam capiendi.* Ita si vel maxime ius ultiæ subesseret, usurpari autem illa ultiæ non posset, nisi cum perturbatione Patriæ, jam sanctiora Patriæ iura, conatum ultiæ coercere possunt. Et debent. Ut autem magis magisq; quamcunq; suspicionem ab Augusto diluant hi Philonoi etiæ addunt: *arma civilia neq; parari neque haberi per bonas artes:* Sed hic iniciti a recto tramite in erroris vastum præcipites prolabuntur antrum, nullum unquam bellum civile, quamcunq; induat faciem Circeam, sine miserabili Reip. lapsu concitari potest, & si non per bonas artes paratur, utiq; non excusanda, sed vitanda & prorsus refugienda ejusmodi excidia; An probanda clandestina & turpissima Augusti machinamenta? An cum Antonio Lepido aliisq; falsisq; vixi? an conciti per largitiones veterani? An proscriptiones civium? An imago pacis cum Pompejo? An feedus Tarentinum Brundisiumq;? nunquam in aternum, nam hæ stipulæ erant, qvæ in incendium Reip: conjectæ, majorem adhuc dum, flammam sparserunt, & graviorem ruinam omnium non solum minitæ sunt, verum etiam intulerunt. Hujus Tragœdia *τραγού* tragicis efforamus verbis capite sequenti, ubi ex ase occasio datur hæ de re discurrendi. Videtur itaque excusando incusare magis principem veneranda hæc clarissimorum hominum concio. Sed hic retinendum illud intuentes animos illorum antiqua virtute & fide onustos:

Si defunre vires, tamen est laudanda voluntas.

Alias verbis notatu dignis Christophori Forstneri claudio paragrapnum: *Quemadmodum calorū p̄i non modo secca, verum etiam que in propinq'vo sunt humida, absuntur; ita bella, etiam que*

jubat

justa causa suscipiuntur, nefanda quoque opera, cedes, supra, sae-
cilegia secum trahunt. Nemo Martem ita in potestate habet
ut nusquam exorbitet. Nulla ducis prudentia, nulla industria,
nulla severitas tanta unquam fuit, que hoc potuerit efficere, ut
quod natura noxiū est, fieret innoxium.

§. III.

Proporro ita secum ruminare pergunte; Multa Antonio, dum
interfellores patris alciscereunt, multa Lepido concessisse, postquam
hic socios senuerit, ille per libidines pessum datum sit. Fallax ite-
rum latet anguis in herba, eo ipso dum principem omni vacare
culpa pertinaciter urgent, licentiam bellorum civilium in me-
moriā revocant, omnemque importunitatem non Augusto sed
Antonio & Lepido adfricant. Triplex itaque in illarum linearum
cancellis explicationis genus observa. Primum; ianuitur astutia
defuncti, eo quod omnem cogitationis vim, omnem dominandi
petulantiam, omnem deivationis ferociam, ad unum scopum
ordinaverat, quem dum adipisceretur, nihil interim pensi mode-
ratique habuit. Atq; hęc sane ambitio, per omnium temporum
spatia pullulans fuerat scaturigo, rerum novarum molitoribus,
ut nullum intentatum omittant discrimen modo avaritiae
potentiae incenarrabilem possint restingere sicut. Secundum egre-
gie notantur diversarum partium & sociorum voluntates, cupi-
ditates, libidines. Antonius societatem potentiae cum Octavio
instauraverat, non ut ejus dominium corroboraret, sed ut sibi
regnum pararet. Lepidus itidem suis cupiditatibus, non amici-
tiae aut personae Octavii dedit, quod veniret in cruentī foederis
societatem. Itaq; ut quisq; ad metam destinatam perveniret, mu-
tuuo sibi concedunt omnia, & veluti per quasdam Διαθήσεας Τόπων
διυαστεῖον permuntant odia, amicitias, facinora. Tertium Excus-
ationi talem adornant formam, egisset Augustus multo mitius
humaniusq; si solus sine adminiculo aliorum rem gessisset, quis
igitur culpam omnem, in sociis triumviroatus residere contuna-
giter non autumper? Sqd hac omnia inquit Boeclerus rursum ad
detegit

deteriorationem & fugam bellorum civilium, non ad excusationem
valere debent.

S. IV,

Ghac satis Prudentum ulterius posthumus discursus sene-
scientem popularē dominatum in ἀναρχίᾳ, & omnium re-
rum confusionem degenerare, ejusque remedium πονηρού ex-
istere, hac combinatione illustrat: Non aliud discordantis Pa-
tria remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. Addo
ἔγγνων Dionis: ή μεν δια πολιτεία έται τοσε τος τε το δέλιος
Τιον καὶ τος το σωτηριωδέστερος μετενομήθη. Et Republica qui-
dem sicut hactenus dictum est, in meliorem salubrioremq; formam
fuit ordinata. Quam illustrat Argentoratenis commentator:
Melius vocat & magis salutare unius imperium, non tam gen-
erali illo respectu, quo Monarchia ceterū imperandi formis pre-
fertur, quam in hypothesi & consideratione presentis temporis sta-
tus, quasi tu diceres: eam tum fuisse rerum Romanarum con-
ditionem, ut consuli saluti publica melius non posset quam unius
imperio. Laborabat Roma temporibus Augusti Cæsaris irre-
parabili libertatis Πτυληψίᾳ, quam sanare & in pristinam pac-
tam stationem inducere impossibile erat, omnia factionibus la-
borabant, a virtute non gradu, sed præcipiti cursu ad vicia di-
scurrebant, a negotiis ad otium conversa civitas, omnia honoris
præmia ambitio possidebat. Requiebatur immensus itaque li-
quoris cataclysmus, qui foecidissimum hunc Romæ obductum si-
tum & gangrenam discordiarum conjuratorum, mundarer, ab-
lueret, purificaret. Id optime præstare potuit sua dexteritate u-
nus ad imperii gubernacula promotus. Mirum autem videtur
Quirinos quondam auspiciis Lucii Bruti felici ausu libertatem adi-
pisci potuisse, Marcum vero Brutum Cœsare interempto, idem decus
apparentem, infeli ciconamine rem aggressam fuisse, verum causam
istius fati diversitatis dabo: Quamvis Tarquiniorum Regnum ve-
ructate, in robustissimam firmitatem coalitum erat; Tamen
contigit Lucio, Tyrannos, sine tumultu, sine cæde, sine invidia,

depellere. (Qyod in conversione Rerump. aut nunquam aut raro accidere solet). Marcus vero licet ardore etiam insatiabili recuperandi libertatem a tyranno occupatam flagraret, qvoni- am id armis attentabat, nihil profecit. Diversorum propterea esse etiūm, diversas fuisse causas consentanem est. Infantia imperii Romani, quamvis libertatis studio inenarrabili teneretur, ca- men non ambitio, non studia partium, non invidia, non avaritia, mentes, cogitationesque ejus ut seqvioribus temporibus corrupe- rat, sed de propagando urbis luce pomario, de patriæ salute & amplitudine decernenda, unice intenta erat. Non dum solu- tiore mollitie sobria vetustas infecta, non lautis mensis, non flagitiosis qvæstibus inhibebat, sed unanimi conspiratione, sum- mi & infimi inter se congruentes, ad speciosam pro Rep: mor- tem tamquam ad portum aliquem tranqvillum & placidum pro- perabant. Adolecere autem postquam coepit gloria Qvirinorum potestas, una morum corruptela, armorum studia, dimitandi li- bido, cum enormi militum licentia adolevit. Magistratus do- nis & ambitu, suffragia civium emercebantur, auctoribus inno- vatorum adhærebant, religiosiores nummi quam numinis cultores. Quid igitur Lucio Bruto, in tanto rerum tranqville statu obesse posuit, qvin totum populum tam egregii facinoris socium ha- beret. M. Bruto id non successit in corrupto imperio, qvod nisi beneficio servitutis malagma aliquod salutare agnoscere non po- tuit. Insignis etiam fuit diversitas, inter primos Romanos & ultimam Romuli fecem, ut & inter illos qui dominationem affe- tabant. Tarquinius superbia, insolentia, crudelitate bilem omnibus commovebat; Octavius vero, comitate, largitione & clementia regnum sibi stabilivit; qva tantum effecit, ut imperium tamquam rem hæreditariam, nemine contradicente in Tyberium transmis- serit. Didicit male feriata gens Romules, jam inde a tertio bel- lo Punico, conflagrante virtute Scipionis Æmilii Carthagine, ma- nubiis, spoliis, exuviis & intolerabili ferocitate luxuriare. Inter quotidianas rapinas, inopes tamen erant, nam sicut devastandi

ita

ita absumenti modum plene nullum observabant. O quam immutata igitur a veteri integritate ingenia, hac fluxa vanitate immersa! quam penitus demagogica perulantia corrupta! quam libertatis & πολυαρχίας incapacia! Necessem certe erat Octavio Augusto, qui immorigerorum huic pertubatissimo statui pergeret solertia, vi & virtute monarchical mederi, opitulari, suppetiasq; ferre. Sic enim Boëclerus: *Inter omnes, imperandi formas presentissima est via Monarchia; qua nervum, ut ita dicam, disponendi ordinandique in manu habet; quaque, non ut cetera regimini genere, efficacie sue robur, a multis momentis suspensum agnoscit, sed potius ipsa, à se omnia actus momenta suspendit, dispensat.*

§. V.

Quid sibi vult laus illa lepidissimum capitum? Non regno tamen neg; dictatura, sed principis nomine constitutam Remp; Pulchrum sane remedium, acerbitate nominum sublata, rerum quoq; ipsarum collere ferociam. Potuissest Augustus, armatis lacertis, funesto ferro, & trucidandi immitti tabie, regnum sibi vindicare; Potuissest dictaturam perpetuam ultro oblatam, constanti fronte exercere, sed neutrum voluit, probe conscientius, dia-dema regium expulso Tarquinio, auctoritatem Dictatoris interfecto Cœlare, ilia subditorum tam acerbe dilacerasse, ut horum nomen etiam in perpetuum e Rep: exploserint. Principis igitur charactere, in quo nulla superbia scintillula, nullus tyrannicidii fervor, nulla suspicionis occasio; inerat, contentum se reddidit. Ita solent cordatores, qvibus e meliori luto finxit præcordia Tiran, quando imperiorum formæ permutantur, umbram saltem relinqvere ejus & simulacrum qvod adimunt. Observarunt id etiam accurate maiores illius, nam post exactos Reges, quia qzdam sacra per ipsos facilitata erant, necubi illorum desiderium resideret, Regem sacrificulum creaverunt, veluti antea Numa Pompilius, tres summos Deorum flamines, Dialis, Martialis, Qvirinalis, ut augustissimi imperii auctores & parentes eximio præ aliis honore colerentur. Cura hujus attentionis misericorde

ritice traxit Augustum, dum eadem Magistratum vocabula retineret, munia senatus & legum nullo adversante in se transferret, titulorum inania contemneret, Principis appellatione contentus, cuncta siunc in finem, ut sub imagine veteris statutus, nova imperii forma lateret, abscondeturq. Nomen Regium iure jurando ad orcum relegatu, fides in oculis erat, honor Dictatoris pariter deletus. Nam occiso Cesare consules inquit Dio, νόμον ἐπέθηκεν, μηδέ τι ἀντίστατο γένεσις τη ποιησάμενοι καὶ θάνατον τοις εὐηγέρτεσσι, εἴλις εὐηγέρτης τοσο, αὐτὸν ὑποτάχει. Ne quis amplius dictator fieret, execrationibus impositis, mortisque denunciata, si quis mentionem ejus rei faceret, aut susciperet eum Magistratum. Quare non ab initio tantum vitavit, sed & postea oblata inibi a populo Dictaturam, pertinacissime recusavit Augustus: τὴν τε γε ἐξεστίαν καὶ τὴν πιμὴν καὶ ὑπὲρ τὴς δικτάτωρας ἔχων, ὅρθωτο, πάντα φένον καὶ τὸ μισθὸν τῆς Δικτατήριας ἀντὸν ἐφυλάχασ, εἰ μὲν ἡμέραν habueret potestatem honoremq. Dictatura maiorem, recte & prudenter, invidiam nominis publice odiosi declinavit vitavitq. alias vero πρόσωπον τῆς ψευσίας ἐπικλήθη, ὥσπερ ἐν τῇ ανεβαθμησθείᾳ ἐνεργούσο.

S. VI.

Profundum imperii arcanum hac positione revelatur: Mari Oceanu, aut omnibus longinquis septem imperium: legiones, provincias, classes, cuncta inter se connexa: Hinc partim in notitiam imperii Romani, partim ad cognoscendam concinnatam prudenter ordinationis ἐπικορυφας deducimur: Terminos namq; imperii idoneos constitute, loca dissita muro & vallibus munire, totumque corpus connexione disposita corroborare, hoc opus hic labor est. Termini enim sunt quasi claustra, ut alibi loquitur Tacitus, quibus imperium, non tam definitur, quam adversus externos, aut vicinos munitar atq; custoditur. Igitur circa cumcirca velut indagine claudendi, obex inimicorum molitionibus ponendus, malum teroris etatis arcendum, bonum praesentis

sentis confierandum; Id autem nunquam commodius, nūnquam
 exactius fieri potest, quam si naturam propugnaculū monstran-
 tem sequatur Princeps, & statim maria, flumina, insulæ, moh-
 tes, tēsqvæ, & innūmera alia immensam hoc in negotio p̄t-
 stare operam cognoscet; Qvæ n̄i summus ille rerum creatarum
 Plastes, in mortalium commodum ordinasset, qvot rapina? qvoc
 invasiones? qvot incendia? vicini invicem exerceerent excogita-
 rentq;. Apud Curtium Tigris, Euphrates, Araxes, Hydaspes ma-
 gna mūnimenta regni Persici vocantur. Munimenta, inquit
 Boëclerus, ad propulsandam ascendam, vim hostilem; simulque
 subsidia ad commerciū subveniendos, ceteraque expedienda, quæ
 commercio, & transvectionibus constant. Hic ergo verus arcuim
 ard̄ castellorum usus: quæ in medio imperii anceps auxilium ha-
 bere, in finib⁹ certum præsidium præbere creduntur. Augustus
 non tantum fines, non extrema, non ultimos terminos regionum
 subsidiis & legionibus munivit, sed etiam apud oportuna provin-
 ciarum validissimas dispositis copias, tam atq; vinculo cohæ-
 rentes, ut qvotiescunq; aut ubiq; desiderarentur, brevi tem-
 pore in unum potuerint coalescere. Locus prænominati Deoissimi
 Viri, in explicatione hujus sententiæ, nobis est ~~αρχέτυπον~~. Ut
 enim harmonia & consensio illa magni corporis valeret, provideri
 in primis oportebat, ne qua pars sanguine ut sic dicam aut vigō-
 re nervuque impar esset, ceteraque membrū minus responderet.
 Hanc si prudentia dispositionem ventura observasset posteritas,
 & veluti ~~αρχέτυπον~~ qvoddam imitandum sibi proposuisset, non
 Danubii & Rheni ripas validissimis legionibus confortatas spo-
 liasset, non tempore Constantini Imperatoris internectionem si-
 bi parasset: non Barbaros undique horrendis ineuisionibus,
 limites suos dilacerare permisisset, neque Regnum omne, cum per-
 petua ignominia eripere, dividere, confundere. Quem milite-
 bilem Romanorū occasum, apud Boëclerū e Zosimo, & Onu-
 phriō, exscriptum evolve,

Jus apud cives, modestiam apud socios : En Elogium vere Monarchicum , cum omnibus aliis in comparationis discrimen semper ingerens. Quasi disere vellent prudentes : Divine Parens, molliter ossa tua cubent : placide quiescant manus, nam te vivente τῶν ὑπηκόων ἀδεις ἔδι υβρίσθη, ετι ἀπηρέαθη, tu privato comodo publicum potius habuisti, te Reip: non Remp: tibi datum usurariam arbitrabaris, non ut domesticam facultatem augeres, ut rem domi amplam relinques, ut subditorum loculos evacuares, omnes industriae nervos & vires consumisti, sed fidem in foro, dignitatem in curia, religionem in templis confirmasti, quo loco summa res esset semper attendens. Multi dum ad dominium eriguntur, summæ Majestatis conscientia elati, insolensius illa abutuntur, duriora in plebem imperia exercent, omnia ad libidinem suam exigunt, cupiditatibus liberius indulgent, ut in populum nihil detrectantem, ita in leges & jura datum sibi imperium censem. Tu vero aliter te gessisti, in summum solium evectus, humilitatem demonstrasti, benevolentiam erga omnes declarasti, cives ut familiae tuæ domesticos paterno affectu prosequebatis, non solum in præsens conservandæ potentia, sed in futurum propagandæ omnem navabas operam : Et quod maximam efflagitat laudis memoriam, modestiam sociis ostendisti, eundisque regratum exhibuisti. Non ut superbum Tarquinius illud animalculum, inferioris sortis homines conculcasti, non permisisti ut ille filio, conclave urbium irruere, aliorum uxores eleganter deperire, absente marito lectulum inquietare, ad lusum conjugalem forminam alterius deposcere, non excogitasti funes, compedes, fustes, catenas, exilia, in tormentum civium, sed initis, cordatus, comis, per omnem vitam in scenam prodibas. Abito nunc in pace, dormi secure, placide otiare, apud nos quamdiu Romanorum viget gloria, imo ad ultimam usque rerum omnium panelothriam.

Semper bonos nomenque tuum laudesque manebunt.

Inter decantata Cœsaris, non minimo splendore coruscat ;
 Urbs magnifico ornatu instructa; ita Boeclerus, Nam ut singula-
 rū & sublimis & incomparabilis habeatur summi imperii maje-
 stas, non solidis tantum artibus, sed inanum etiam splendore
 efficitur. Hinc oculis hominum baud raro serviendum est : per
 quos omnium facilime intrat in animos veneratio. Sicut ex diverso
 vix estimatur, quantæunque dignitas, indigniori habitu vestita.
 Duo in urbe cum primis dignationis & estimationis encomia me-
 rentur, interior & exterior videlicet accurata dispositio. Gratiam
 interiorem conciliant templorum splendor, curiarum magnifi-
 centia, ædificiorum expolita elegantia, civium domus, triclinia,
 cænacula, culinæ, vestibula exqvissitæ pulchritudinis. Forum
 deinde spatiostum, mercatorum cellæ, platearum late patentes
 aditus, perpetuis perviæ fossis, in quas omnes per canales &
 aquagia fordes eluuntur, & quæcunque ad limites se porrigena
 decora delineatio, venustas, dignitas. Ubi omnis hic interior
 urbis habitus, omnis larga profusio, nullam laudis reportat co-
 renam, nullum admirationis imprimat stuporem, nisi & exte-
 rijs, moenium robusta custodia, turrium ad cælum editis fasti-
 giijs, portarum validissimis clausulis circumveniatur. Vallorum
 propugnaculis, fossarum profunditate, & quibuscumque Hercote-
 tonicæ artis moliminibus circumveingatur : sic manet & ma-
 nebit in perpetuum extraneis gloriosa, inimicis insuperabilis, do-
 mesticis honesta, colorata, pretiosa. Cum pondere itaque hoc
 transferenda notabilis formula Cassiodori: *Hec nostra sunt oble-*
flamenta potentie, imperii decora facies, testimonium preco-
niale regnorum : bac legatis sub admiratione monstrantur,
& prima fronte talis Dominus esse creditur, quale ejus habita-
tulum comprobatur. Hic tamen etiam modus obseruandus, ne
 ostentationis inconvenientia, profusionis abundantia, xæcoȝylius
 affectationi potius quam gravioribus consiliis, destinari videa-
 tur talis magnificentia.

Pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset: O homines candido ingenio, qui etiamnum antequam sacro silentio amissum Cœsarem venerari incipitis, cantione cygnea longum & ultimum resonatis vale! quid verbis istis cedro dignis intenditis? annon supplicia molitoribus rerum novarum & insidiatoribus irrogata? recte: sic primo prudentiam defuncti dum viveret sincero conamine extollitis, quomodo non nisi enormiter debacchantes ferro jugulaverit; ceteros lingua castigatos indemnes demiserit. Supremæ deinde rationis pondus, a salute publica petitis, quomodo tranquillitatem Regni, & pacatam ubique conditionem ordinayerit, imo ut cœtera clementius tractare posset, quedam vi tractavit. Sic decet ingenuos subditos, caput violentia mortis amputatum, non exequialium tantum, sed & elogiorum coacceriyatis cumulis humare. Abusus hujus sententie passim obvius est apud Magistros dominationis, & consultores tyrannidi amicos, quidquid enim crudeliter agunt, quidquid superbe machinantur, quidquid sophismatum communiscuntur, in promptu est excusatio *Quædam vi tractanda quo ceteris quies sit.* Sed vi pia vestra labia nihil aliud intelligunt quam justam & licitam seyeritatem, qua neque imperantes neque obedientes neque ipsa Resp: carere potest. Nunc sublîste quæso, & Regem vestrum mortalium consortio sublatum, inque Deorum communionem adscitum venerabundo silentio prosequimini, palam præstum hoc singulari studio vestrum obsequium, scitote superos immortales superabundanter aliquando recompensatores. Nunc ad absterendum sociorum vestrorum copiose manantes lacrymarum gemmulas curriculo percurram. Sed Heus me miserum! nullum apud illos appetit mœstite signum, nullum doloris indicium, omnes truculenta facie, austero vultu, ferocibus oculis attoniti errant; interim qualis sit sonus ille minax eorum, paucis audiendo, auribus benignam præstare operam allubescit.

CAPUT III.

§. I.

Bezurima salute impertio te Romulidæ gentis generosa re-
liqua propago! fas sic mihi paucis nenia, quas busto ex-
tincti regis Aulonii, religiosioris conscientiæ stimulis agi-
tatas consecrasti, auribus evulso stalagmio excipere, &
sacrum erga Dominum affectum, cum æterno gloriæ tuz præco-
pio, proceribus præsentis seculi delineabo. Sed eheu me infeli-
cem! proh Deum atq; hominum fidem! qvid video? deliratne
animus? deliqvium ne patiuntur collyria? sum ne tam subito e
statu mentis dejectus? vel an infucata? an vera? an Morphi
præstigiis libera qvæ conspectui pupillorum offeruntur? nulla
apud Agitiosissimos mortales contristatio, nullus dolor, nulla
consternatio, sed omnes truci vultu, scelesto conamine, crudo
stomacho, lumine cassum Principem opprobriis, contumelius,
blasphemias, lazatis venenosarum linguarum frenis lacerant,
petunt, lacebunt, Sed heus Qyriñæ stirpis teterimum catharma!
Heus Romulidæ gentis seminarium improbitatis! qvæ Furæ?
Qvæ orci Noctisq; filiæ eo vos adegerunt, ut qvam primi nomi-
nis Imperiij; vestri conditores, e lupæ uberibus sævitiam suxe-
runt, eam manante ex majorum sanguine, in ilia vestra irruisse, a-
nimosq; detestabili iracundia mortu corrupisse, cum æterna fe-
rocitatis ignominia proderetis. Non possum cum intueri vul-
tuos vestros, & ingredior memoriam editi in regem sceleris, qvæ
una superos immortales moveam, velint qyodeunq; commi-
nisci possunt miseræ genus, & qyæcunq; contagia, incendia,
terræ motus, inundationes conjungere, & in capita fortunasq;
vestras effundere. Vel si nolint ipsi talium monstrorum imma-
nium, non aditu bonorum, non congressione, non Hyperonis
jubare, non hoc communi aere dignorum ultores existere, di-
gnentur ferocissimas Barbaroruæ copias inextingibili iracundia
gamma accensas concitare, qvæ deformatos vitæ morumq; infa-

mia inqvilinos, omnesq; eorum vcos, pagos, villas, civitates, urbes, ferro funeribusq; crudeliter exhaustant. Qyotsum resede-
runt in vos cumulata Divi Augusti beneficia? illamne ab ingrati-
ssima multitudoine, mercedem & fructum, laborum, periculu-
rum, victoriarum suarum promeruit? ut propter maledictam
lingvæ vestræ licentiam, ne cinetibus quidem sacratissimi Prin-
cipis otio concessio trui liceat. Qvæ res tantam vobis audaci-
am dedit? An gentium jura? Sed illa Regum ingenuam obser-
vantiam, cultum & venerationem depositunt. An factorum reli-
giones? at illæ Regem ut Deum honorari mandant, propterea ita
que naturæ vestræ indeoles tantum nefandum scelus commenta
est. At candidi Octavii nimis ut vobis videntur mores asperos,
animumq; generosum increpati libertatis studiosi. O perditam
Civitatem! qvæ semet propitius hospitantem, Romam mundi
caput, Romanos terrarum omnium Dominos facientem tolerare
non potuit. Sed arma civilia, cupidinem dominandi, vires ar-
maturæ, Pompejanarum illusionem culpati. Hircium & Pansam
dolo Cœsaris ablatos, extortum invito senatu consulatum, pro-
scriptions civium, divisiones agrorum castigatis, acerbitas de-
inde Triumviralis facinora ruminatis, qvot Clarissimi incole ex-
tincti? intra domos, in foris, in compitis, in fanis. Qvomodo
omnia ferro & sanguine funesta, urbs ipsa cæribus, luctu, diris
exemplis impleta, capita jugulatorum pro rostris ostentata, cor-
pora in publicum projecta, que canes & volucres pavere. Nulla
humani diviniq; juris patrocinia, nullus propinquitatis candor,
nulla amicitiae sanctitas, nulla religionis conscientia moram aut
modum crudelitati adferre potuit. Haec omnia animadvertisit,
& Cœsarem propterea diris execrationibus devovetis. Sed expur-
gabo frontem, & tela in Augustum explosa eminus, summo cum
inqvissimorum civium cordolio evellam; Quid bella civilia og-
geritis? Qvæsi pietas & inulti parentis manes passi fuissent filium
quiescere. Quid imperandi stimulos? Annon in hororem sceptri
natus, ut accepit a genitoris manu Regnum, fætum tectumqve
illud

illud transmittere ad posteros niteretur. Quid fortitudinem militum? nonne pro salute patriæ, strido ense, qvoniā legibus in corruptissimo statu Reipubl. nullus locus, debuit vigilare. Quid simulatam Pompejanarum partium gratiam? Annon æmulus dolo illusus, ob invercundos suæ superbie spiritus aliquando, casu graviori rueret. Percipite igitur Regum vestrorum sectores, inimici virtutis, ruptores sanctissimorum fœderum, qvam iniqve Principem maximum, genere, fama atq; copiis inclytum, deformatum ærumnis, coopertum omnibus miseriis, occultis insidiis oppugnatis. Quid horribilis? Quid iniqvis? quid auditu detestabilius? qvam qvos a latronum immanissimorum vi custodivit, qvos gloria & honore evexit, qvos Italæ possessores effecit, eos ejus nominis infestissimos sanguines, & stirpis persecutores esse. At Hircii & Pansa effusum cruentem exprobatis, sed impie & scelestè, nullæ hic Cœsaris technæ; nonne ille incapiendis Antonii castris promptissime dimicans cecidit. Hie vero a prætorianis ejusdem, veruto fauciatus Bononiæ vitam cum sangvine fudit. Abrepta munia senatus conquerimint, sed an *ωλναγχίας* perditum lusum Monarchæ instaurator fortissimus toleraret. Tot deniq; Clarissimas familias Erynnidis pocula degustare coactas defletis, sed cur immortigeri essent? cur enormiter oblatrando crimen læsa Majestatis committerent? cur non a Diis destinatum Regni caput agnoscerent? Autissima crania, carpitis qvod non intelligitis, carpitistamien ut intelligere videamini. Accede ipse de rogo Divine Auguste, effringe naturæ claustra, prodi e Mausoleo, indue ad tempus exuvias mortalitatis, ubi estis Magi, lamiæ Pythones, resuscitate mihi demortuum cadaver, ubi sunt succi tui Circæ? qvibus olim Scyllam & socios Ulyssis transformasti, ubi incestamenta Medea? Collchorum Regis filia', an virtus & potentia vestra consenserente diuturnæ dominationis robore, cum ætate elangvescat? erigite mihi ad breve temporis punctum, corpus defuncti Octavii, ut mores populi sui videat ipse, ut sermones funebrales propriis hau-

stat autibus. Divine Pater impiissima est hæc concio, æternis
suppliciis vivos mortuosq; mactare pergit. Utinam nullum
beneficiū vivus ipsis præstissem! Sed nec sic culpavacares, in-
gratissima enim est hæc turba, quæ furibunda rabie correpta
nescit quid gerit, quid eructat. Frustra tot discrimina vivus in-
trepide adiisti, frustra cum Antonius Brundusium esset profectus
Campaniam ivisti & ex urbe Capua, Calatia, Casilino, decem
millium multitudinem corrallisti, frustra milites ejus libellis &
pecunia, per emissarios corrupisti, ut duæ legiones Martia &
Quarta ad te transirent, frustra D. Brutum Mutinæ obfessum de-
pulisti, cum tamen omnia tua molimina, omnes conatus, omnia
gesta apud pernicioſſimos cives, veluti austoræ tyrannidis saevitiae
monimenta recondita sunt, supetsedeo enumerare omnia illa fa-
cinora, qvibus per orbem terrarum inclauisti, nihil prodest, si
abjectissimam plebem admissi sceleris conscientia pingo, suffici-
at, te inter coelicolas tripudiare, tuosq; olores debitas dignariq;
propediem Divinæ justitiae poenas persoluturos. Sed reprimam
me & ingrediar examen dictorum nequissimorum hominum, qvæ
qvamvis misere cineres defuncti Octavii torqueant, speciosis ta-
men monitis politieis exuberant. Attendite attendite itaque
Qvirites, & sero tandem dolete quam neqviter quam inhu-
mante adversus Dominum vestrum egistis.

§. II.

Ur decora de Augusti bellis proleta deleantur, haud columbiū
verborū ponderibus, libertatis lectorates sermonem ordiuntur:
Pietatem erga parentem, & tempora Reipublicæ obtentum sumpia
Ceterum cupidine Dominandi concitos per largitiones vessanlos.
Inure pravitatis stigma in ipso frontispicio Cœsari deleantur,
quod causas veras & certas supprimens prætextatus ultionem
cedis Paternæ arriperet, amideosias suam molitur turpiter de-
monstrans. Sed valuit hoc omni temporis momento, qui veras
causas occultare satagunt, prætextatas pro veris ostentare solent.
Egregie Boeclerus: Videas id fieri, aliquando etiam in rebus

consiliis, bonis ac licitis, ubi ex seculo aularum, pars magnorum
 consiliorum est, celare consilii causas; sed praesertim ea ars usur-
 patur, in consilio bellorum & similibus molitionum ab ambitio-
 ne, avaritia, & id genus cupiditatibus alia causas & originem
 trahentium. Sed pedem retraho, ne quotidiana & acutissi-
 mam Politieorum de causis bellorum ~~honestis~~ tetricare videar,
 & quomodo nunc justos bellorum motus, nunc causas falsotis-
 as, nunc verba praetextata, speciosis adornant ratiociniis: igna-
 rus horum evolvit H. Grotius de jure belli & pacis. Ego pleno
 gradu contendeo ad subolfaciendum quid *expidire* dominandi gra-
 vis noster indigitet auctor Tacitus. Hic sub incudem dissertatio-
 nis absque omni dubio Monarchiam revocat Cœlarium, & quo-
 modo Augustus imperium occupando, minime tyrannidis nomen
 effugere potuit. Cum enim habetas dominij, postquam Julius
 Cœsar naturæ persolvisset debitum, invito senatu affectaret, non
 potuit illud sine cæde, sanguine & tumultu efficere, quæ omnia ty-
 rannidem abunde ~~χαρακτηρίζει~~. Postea vero cum regimine
 perfecto oneraretur, consensusque populi sufficiens accessit, ti-
 tulo glorioso moderatoris summi coronabatur, adeo ut non posses-
 sis tantum penes Octavium sed & jus mox esse coepit, nam quos
 in honorem sceptri sibi succedere voluit, populi consensu subvexit.
 Verba Boëcleri igitur omnino notanda: *Fuerit itaque foreasse*
nimis in humanam, perpetua tyrannidis infamia eum notare, sine
enjus singulari imperio Rep. consistere non potuit. Cum praeser-
 vim in tali casu distinguenda sit diligentissime illa temporum con-
 ditio, qua quæstante adhuc Rep: iura Majestatis usurpare con-
 cerer; & deinde qua ipsa Reipub: converso atque immutatio no-
 sum peperit imperium. Circa tempora Augusti fatalis aderat
 illa Rerumpub: periodus, qua conversionis tumultu, & Quartæ
 Monarchiæ robore illustraretur gens Romana. Ineluctabilis enim
 est fatorum necessitas, quæ res omnes, latentium caularum vin-
 culis irretitas, per suos gradus ordinesque ad destinatum ab æter-
 no fiuem, immutabili lege deducit. Duo itaque momenta seria

ruminatioē digna sunt: *Primum* Providentia DEI, voluit jam sator paterq; ille rerū omnium, fons prosperitatum perennis & scaturīgo bonitatis inexhausta, vaticiniū, per labia Danielis ebuccinatū adimperiti, voluit belluam illam terribilem & formidabilem ferreos dentes habentem vires suas expertiri, voluit sermonis sui profunditatē temporis plenitudine corroborari; Nulla itaq; difficultas, in conversione imperii, Augusto intervenire potuit, nullum damnu, nullum impedimentum, tanto moderatore conatus & cogitationes dirigente, cuius potentiam impedire & subvertere nulla vis, nulla industria valet, quidquid miser homo contramachinetur. *Secundum* Heroici spiritus acumen, cuius beneficio Cæsar inutilata magnitudine ingenii, ad summarum publicarumque rerum effectionem conseedit, omnibus belli ac togæ dotibus seculi sui eminencissimus, abstrusissimorum moliminum miraculis horribilis, signorum, quales τὸ καζολίκον, τὸ δερσέλεον, τὸ μεγάλοπρεπῆ ostentator gloriissimus. De hujusmodi portentis ingeniorum, multum se fatigat, civilis sapientiæ schola; videt quomodo fortunante immortali numine, applaudente cælo, incrementa illustria majestatis capiunt; quomodo pace & tropheis, memorabiles, fatalia Rerump. puncta, tamquam in cardine suo circumgyrant, quomodo quoquo versus ambitionem stimulant, incredibili fortunæ pergunt indulgentia, quæ cum supra communem mortalium sortem esse abunde intelligunt, tacito silentii murmure horum actiones, colunt, devenerantur, exosculantur. In hac eminentissima heroicorum capitum genesi, cum acerrimus fuerit Augustus, vaticiniis figuratus, prodigiis & signis præmonstratus, pluralitate actionum confirmatus, nihil mirum illum tot langvinolentis Martis congregibus, tot clausi Jani templi documentis, universæ telluris angulos illustrasse.

§. III,

Partum ab adolescenti privato exercitum, corruptas consulis legiones, simulatam Pompejanarum gratiam partium;
Quale de istis vocabulis ferendum judicium? Annon vicuperii secum

secum trahunt ignominiam? Nonne gladium privatum in præjudicium Majestatis tendit, debuisse non proprio, non arroganti ausu, sed senatus auctoritate, sed publica voluntate, quid animo agitabat effici dare. Sed ad communem canonem casuum, ~~ad~~ ~~gido~~ & ~~aropatiae~~ Heroicorum mentium revocare insulsum. Alias idem judicium corruptio militum Antonii apud Brundusium promeruit, non enim est cordati Principis per emissarios, aliorum contra omnem honestatem, milites emercari, Aliud vero est dicit Boëclerus si quis fronte fidem exuat, & ad alterum transfugiat: tum enim recipere transfugam licebit, quem antea non licebat emere. Non ignoro quidem, quam frequens ejus doli usus priscis recentibusque saeculis fuerit: sed nec illud ignoro, quam cordatis viris semper displiceret, & quam usurpatiibus labem imposuerit. Illos, quibus omnia principum honesta & in honesta laudare mos est, nihil moramur. Interim videant, qui cum illis faciunt, annon periculosum sit imperantium Majestati, indecorum humanae societati, adversum recte rationi, pravis exemplis vincere, id est, quid aliud, quam bellum vertere in latrocinium? sequentes paragraphi, Pompejanam cladem dolo circumventam aperiunt.

§. IV,

Incretatio malo affectu killans sequitur: Mox ubi decreta patrum, fasces & jus prætoris invaserit, cæsis Hircio & Panfa (sive boſtia illos; seu Pansam venenum vulneri adfusum, sui milites Hircium, & Machinator dolii Cesar abstulerant) utrinque copias occupanisse. Cicero vir apud Romanos, & auctoritate & animi constantia gravis, svasor apud senatum exitit, ut jus prætoris Augusto in exercitum, quem multa difficultate corraserat, spontaneo nisu offerretur. Unde honoris illa insignia cum infinitis aliis in ipsum delata fuerunt, unito omnium consensu. Quid ergo cunctaretur Hircio & Panfa e medio sublatis, an permetteret delectam illorum manum sine principe vacillare? Nonne debuit, qui summus erat Populi ductor, errantem gregem in viam ducere? vel fineret ne in partes sibi male cupientium, &

Reip:

Reip: perditorum transire? Ansamne daret Pompejo aciem suam corroborandi, deferretne copiam Lepido & Antonio semet aggrediendi? quam hoc insipidum! quam insulsum! En statim & sine omni iudicio animadversionem. De duorum consulium Hircii & Pansæ præpropero interitu sententiarum varias deprehendo censuras tantum inter se discrepantes, quantum quod in Proverbio Propertii dici asoler: *Hypānū Veneto diffidet Eridano;* Refertur Hircium in acie fortissime stantem, telis Antonii icum lumina clausisse, Pansam pariter prælio redeuntem Bononiæ lethali vulnere læsum e vivis demigrasse. Aliis vero ratum est, ambos, opera Cœlaris vita privatos fuisse, ut solus Rep: orbata consulibus & Antonio fugato victoriæ trophæum obtineret. Pansæ propterea suspectum habent vitæ terminum, quod Glyco medico custodiebatur, quasi venenum vulneri indidisset. Hircium vero in pugnæ tumultu a suis militibus, quos Cœsar nimis rum talis doli auditor, ad facinus corruperat, interemptum tradunt; vel ab ipso Octavio violenter percussum. Sed ut illa res fese habuerit operose inquirere mihi non præsumsi; sufficiat hic affectum perverlorum erga Dominum liquido demonstrasse.

§. V.

Extortum invito senatu consulatum, armag, que in Antonium acceperit, contra Remp: versa. O miseros! quamcunq; confingere possunt fallaciam, in hominem fatis præventum detrudent, & famam nominis quam bonis artibus obtinere non possunt, maleficio impetrant; Instar sacrilegi illius qui cum virtute gloriam parare sibi non posset, Diana Ephesiæ celeberrimum in toto oriente templum exussit. Non revocant sibi in memoriam, quantam Cœsar infamiam devoraret, cum omnes illi invisi, puerum per contemptum nominarent, quæ macula illum adegit foederis passionem cum Antonio inire, & depulso senatu, consulatum irruere. Vastrim mortales ita ne didicistis, vobis omnem exuere, Augusto vero induere, culpa abominationem. O factum bene! malis nequitiarum artibus inclarescit, obitoque sceleris

secleris detestandi facinore, nomen vestrum ad venturam indies posteritatem divulatis, nullo veri honoris ornamento conspicuum, nullo ingenuæ dignitatis splendore illustre.

S. VI.

Sed en horrendum flagitium ~~avilenat~~ ex! Proscriptionem Sevium, divisiones agrorum, ne ipsi quidem qui fecere laudatis: In novo Principatu, aliis remedii tyrannus, qui vi & fraude, aliis legitimus Princeps, qui jure legibusq; dominationem occupavit, infistere solet. Hie nullam sibi præsumere initiat licentiam, qvia cum regno regendi simul accepit leges, ad qvas reddere rationem factorum suorum tenetur, minore se fastidio contumaciaq; effert, vehementes cupiditatum impetus reprimit, spiritum ferociter exultantem compescit, & intra æquitatis polos se continet. Ille vero, potestatis magnitudine elatus, alto positus loco, summum in omnes imperium tenet, Remp: ex suo nuto gubernat, hostilia in cives arma provocat, & durissima in populum severitate grassatur. Præcipue ut sine æmulo imperii moderationem qvocunque velit flectat, sollicita cura vigilat, tamdiu enim securitatis spiritum trahere non audet, qvamdiu vivunt qui exatti sunt, & qui fortiori jure dominium sibi competere existimant. Hinc Forstnerus: Qvæ non videt, periculum ex misericordia, (Tacit. 3. Hist.) Et tollendum omnino esse sanguinem priorum Regum, seviendum in insignes viros, atque adeo omnem formidolosam virtutem; denique lictores, delatores, carnicices, crucis secures, unica incolumitati monumenta esse; cum clementia nunquam extingui possit odii semel concepti rabies, Et desiderium perpetuum, vindicandi vel suas vel patriæ injurias. Augustus Cœsar, Princeps alioquin tractabili & miti ingenio, non feritate animi, non innata crudelitate, non depopulandi libidine, sed necessitate adduxus, ad sevissimam Nobilitatis Romanæ proscriptionem descendit, quod etiam per omnem vitam conscientiam ejus deinde pungebat, ita Bœclerus: Nemini Principis exemplum dari potest,

F.

qui

qui graviter fuerit proscriptiōnebus, civium & similibus suppliciis
nam inhumana tantum tyrannidis is genius est. Augustus de
quo loquimur, vehementer per omnem vitam indoluit & inhore-
ruit memoria proscriptiōnum. Ita solent qui cruore delectantur,
qui regni sui auspicia, qui continuata temporum spatiis lanieta
detestabili insigniunt, miseram senectutem, crudelitatis recorda-
tione inescare, & tandem veluti violenta morte spiritum effun-
dere. In his illud Satyrici verum:

*Ad generum Cereris sine cade, & sanguine pauci
Descendant Reges, & sicca morte Tyranni.*

S. VII.

Sane Cassi & Brutorum exitus parentis inimicitia datus,
(quamquam fas sit privata odia publicū utilitatibus remittere)
Nolumus crambem sc̄pius oblatam rec̄q; vere, hi sunt illi qui
piaculo, qui sc̄leste, qui horrendo parricidio gloriosum honoris
titulum promeruerunt, hi qui lubricæ fortunæ gradibus in al-
tum exierunt, sedamq; subito lapsu fecere ruinam. Consurge
adhuc e pulvere cœnoque tuo impurissimo Cassi, & obtruncato
Cœsare, summæ potestatis apprehende fastigium, arripe sceptrum
& rubore suffusam tui generis fortunam, contaminosa parricidii
lepra cohonesta. Tu quoque sceleratissime Brute, ingere temet
in scenam, ut videamus qua ratione Dominum in curia sedentem
confodis, effer te stolidē infamisq; filii transmitte in filium her-
reditatem, noli exhorrire, veni & saevitiae magnitudine, ad altiora
firmamenti habitacula concende; sed timore perfusi, pudet jam
vos in apricum exire; Furiæ quotquot lurida averni regna inha-
bitant, vos circumdederunt, admissi sceleris conscientia indies pun-
gunt, mentesq; diris terroribus agitant. Omiserit jamne cognosce-
re potestis factum, jamne intelligere indelebilem seditionem, jam-
ne demum cum perpetua ignominia patratum regicidium rumi-
nare: Heu qualis de vobis jam fama, postquam ipsi, & cineres
& ossa quoq; vestra evanuerunt, per universum orbem circum-
volitat, sed ipsi in culpa estis, nullum amplius tegumentum,

tam prodigiosam rem celare valet, nulla excusatio, nulla speciosa
 verba, nullum acutum figmentum, tam fastidiosam maculam obl.
 nubilare; Nam si eq̄o strigolo, floridum injicias stragulum,
 num eo meliorem eum reddes? si meretrici vultus maricas fu-
 co illinas, num spurcam corriges deformitatem? Igitur vos jam,
 nunquam extingvendam, summo cum propudio altercationem,
 blasphemiam, ignominiam, quoniam nullum amplius appetet
 a syllo, ad nauseam usq; devorate. Symbolum ēt m̄p̄ib̄t̄e possum, ~~oxianθερδ~~ erit venustum, om̄nibus dominio aliquo or-
 natis, unde cognoscant Remp: sibi datam, non locatam & com-
 modatam esse, ex qua non quam uberes ipsi dum vivunt, sed
 quam diuturnos commune bonum fructus capiat, allaborabunt.
 Immortales propterea evaserunt, Themistocles & Aristides, qui
 invicem insensissimi, quoties legationis Sacramento obstricti es-
 sent, aut ad ducendum exercitum proficerentur, inimicitiam in
 finibus Patriæ, deposuerunt, reversi resumpererunt. Pariter nun-
 quam satis laude maſtari possunt Athenienses, dum ~~ἀμησίας~~
~~ψύχσιμα~~ iniere. Qvod velint etiam hujus seculi Domini recen-
 ti memoria tenere, ex toto corde optamus, rovemus, precamur,

S. VIII.

Nunc in secretiores recessus pectoris Augusti invehimur, ad
 contemplandum innatam illius bellandi prudentiam, & sub-
 dolam in pace Misenensi calliditatem; sed Pompejum *imagine*
paci deceptum: Ita postulavit tunc temporis Ratio status, &
 propositum dominationis, ut subdole & flagitiōse cum poten-
 tibus suis inimicis ageret. Ita Philippus Macedo, vires suas
 quondam confirmavit, ita Numidarum fallacissimus Jugurtha,
 dominationis consilia tractavit. Tenebat Sextus Pompejus Sici-
 liam, & Sardiniam, tuebatur se locis valde munitis, erat acies
 exercitatis militibus instruxta, Vinci ergo impossibile erat, ni-
 si brevi pace, si modo image pacis, paz dicenda. Ita dissenserit
 Vir ad miraculum in civilibus excellens, Clariss: Boëclerus:
 Pax nihil aliud est, quam solemnis, publica & firma pactio, de
 congre-

controversis simul armis, deponendis, offensis mutuis abolendis. Sa-
 micitia sancienda, idoneo fidis, partium consensu facta: ita Imago
 Pacis, est infida, & temporis causa insta conventio; in qua nonnun-
 quam solennia quidem servantur, & species transigendi usitata re-
 tinetur, sed deest ex alteruina parte aut utraq; animus servandi que
 convenere; nonnunquam item, requisita quadam deficiunt, vel
 in partium jure numeroque vel in pacificandi ratione. Vides
 quam concinne, quam cordate, quam competenter, factionem
 quamcunq; pacis revelat. Igitur ad prænominati Politicorum Phœ-
 niciis instructionem, quaternionem meletematum circa fœdus hoc
 Campanie initum adornabo. (æ) *De partium pacificantium jure*
 & *consilio*. Pacem accurate trutinando pangere, in aliorum be-
 neplacito non consistit, quam penes quos bellandi potestas & sum-
 ma imperii jura resident. In contentionibus autem civilibus, in
 turbato Reip. statu, in privatis impulsionibus hujus observatio-
 nis rigor vigorem amittit, et si hic quoque quietis communis,
 cerussatum resplendeat simulacrum, factionis ejusdam firmio-
 ris conventionem præ se ferent. Exemplum ponderosum ani-
 adverimus in Octavio & Sexto, uterque publicas pedibus con-
 canticantes, suas res egerunt. Triumviralis tituli emphasi
 plebem occæsarunt, sub imagine compositionis, inextingibilis
 ejusdam odii virus fovebant & celabant. Attende itaque malici-
 tam hujus reconciliationis circa personas, uterque non sponta-
 neo nutu, non sincero proposito, non tranquilla mente, sed ex-
 orati, coacti, inviti ad pacificandum descenderunt, ut ignobile
 vulgus eluderent; tempori inserviebant, differentes portius quam
 finientes armorum fridorem. Quæ fallacia crudas illorum ille-
 cebras non imminuebat sed obtundebat, donec paululum con-
 quiescente expostulationis tumultu, suos dolores denuo regusta-
 rent, retractarent, & acerbiore titillatione exacerbarent. Ubier-
 at alma fides? a lingua dissentiebat animus, a juncta dextra ami-
 citia, a vera amicitia, odiorum alta mente repositorum perpetua
 agitatio. Debet autem fides alias, in omni, omni inquam mor-
 talium

talium conventione veluti anima & spiritus eotius negotii im-
mixta esse, simplici præcipue sanctitate in magnis publicisque
pactionibus; quia hoc pedamine stant Respublicæ, innituntur im-
pieria, corroborantur dominationes,

Hoc sine non tellus pacem non agpora norunt.

(B) *Conciliatores Pacis.* Magnum momentum, vel ad sinceri-
tatem, vel ad imposturam, svasorum conferunt beneplacita, dum-
modo tria hæc puncta, *EQUITATEM, INDUSTRIAM, fidem*, qvibus
officium illorum illustratur, tenaci memoria retineant. *EQUITAS*
valde pacificandi studium tangit, abducendo partium men-
tes, a rigidioribus postulationibus, sedando nimis scrupulolas
discepciones, utriq; parti qvod justum & congruum est, con-
cedendo; cui adstipulatur *INDUSTRIA*, nihil enim tam arduum, qvo
illa non eritatur, nihil tam remorum, qvod non contingat, tam
profundum qvod non eruat, tam obseverum qvod non explicet,
tam difficile molestemq; qvod non subigat, adhibendo in confi-
ciendo celeritatem, in providendo consilium, in agendo durabilem
constantiam, vel mitigandis animis, vel evel lendis suspicionibus,
vel explicandis perplexitatum tortuosis spinis. Ubi *fides* eœ-
lestis illa propago, iterum omnia efficit, qvæ non sua sed com-
munia, non propria sed publica commoda, servat, procurat, atten-
dit. Inter pacis Misenensis instructores, non numerabimus tumultu-
tuantem multitudinem, nam hi non conciliationis sed necessitatis
jure adacti bacchabantur. Ex Cœsaris parte, primas obtinuit Antonius,
socius, vir Excellens & admirabili prudentiæ spiritu undi-
quaque illustris. Deinde Mœcenas & Agrippa, qui jam cum
absq; omni dubio catalogum amicorum implebat, qvorum au-
toritas, diligentia & adjumentum ad tractandum hoc negoti-
um adhibitum, qva autem mente usit quo consilio & integri-
tate? tangentibus historiarum commentariis, curiose conjectare
desisto. Pompeji complures recensentur induciarum auctores, nam
& hic majori persuasione opus habuit. Primus fuit Libo, qvem
cum Pompejus fastidiose repudiaret Antoniicura e Sicilia eyoca-

tus Romam rediit, talisque iubdoli consilii auctor existebat, ut ipsi congrederentur inter se Duces, quo discerent inimicitarum furorem aliquancisper compescere. Inter haec Mutia mater, svasu plebis ἐγοζούεντι Διξιλόεις, ad filium se contulit, Ocallide factum! nam & natura blandiorem hunc sexum, ad pacem velutigenerasse videtur. Hinc Boecl: Dum simplicius agere licet mulieribus, multa disceptatio-
nis semina suffocantur, que in magnas poterant difficultates excre-
scere, si inter eos tantum res geretur, quin vel ex decoro sui sexus, vel
ex formula sua fortune, vel ex animi amulatione semper solent
velutine virentur, i. e. gravitate quadam emula, de non conce-
dendosisti in vicem veluti concertare. In Pompejanarum partium nu-
merum, etiam, proscriptorū ambiguis passibus vacillans, fortuna
reponitur, καὶ τερπόντες τῷ Πομποῖον αὐθεντικῷ παρεπάλευ
inqvit Appianus; Præcipue Murci ardens in reconciliationis ne-
gotio studium & amor, commendationis albo intexendus erit,
nam hic manibus & pedibus tamdiu enixe laborabat, etiam con-
tra insidiosas machinas Mendori, qui ut breviter, & clare, & sub
exemplu loquar, plane ad modum Callicratis, homo callidus
fuit, & ad fraudem acutus, sine ulla religione & fide; donec tan-
dem immisis percussoribus impura morte constantie suæ pœnas
persolveret. Scopus autem hujus Mendori, nihil aliud fuit quam
Φιλαρχία, sive cupido imperii & præfectiæ, quid poterat ergo
boni consilii, ab eo proficiisci, qui nihil nisi propriam utilitatem
habuit in consilio? Quomodo pax ei poterat placere, cui pessi-
ma & immodica libido habendi inerat? Quomodo Reip: tran-
qvilla privilegia ipsi prodeissent, qui contra omnia iura, omnia
populorum gentiumq; statuta, Ivasor Pomponio extitit, ut Coe-
sarem & Antonium apud se epulantes, cruento mucrone inscien-
tes opprimereret, tunderet, obtruncaret? (y) De passione ipsa tan-
ta calliditate, tanta etiam mansuetudine, tanta dexteritate, circa
hoc momentum usi sunt ambo contrahentes, ut nihil supra. Ultra
citroq; circumcurstantes transmittebantur comitate affabiles a-
amicorum classes, in mutuum colloquium admissi festivo eloquio
hybilo liquore madentia verba fundebant, deponebantur inju-
gatur

ritarum fastidia, graphico stylo exarabantur solentia pacientium
 diplomata, sancte commendabantur, sacratissima Vestalis tem-
 pli sacerdotiique custodia, jungebantur dextræ, adjiciebantur
 ἐργατικὰ φιληματα veluti indices, obsides, & signacula, in per-
 petuum duraturæ amicitiae. Tanta religione sanctum hoc Sacra-
 mentum trahare & retractare videbantur. Sed percipe quæso,
 venustissimi in primordia Annalium Taciti commentatoris verbat
*Hæc est, pælio ipsa: in qua nihil desiderare possit, nisi omínorum
 fidem, & sinceritatem, i. e. spiritum & animam pacis; sine qua
 conventio quæcumque idolum fuerit, & inane simulatione inven-
 tum, ementiens habitum pacis, non exhibens vim ipsam.* Non est
 enim in literis syllabis pax, non in formularum angustiis in-
 cluditur, non in promissionum asseveratione continetur, non com-
 prehenditur dextris, non amplexibus constringitur, ne sacramentis
 quidem sacratur, ubi defuerit unum sacramentum, fides & religiosa
 animorum consensio. (δ) *De iis que mox passionem secuta sunt.*
 Pax desiderabilis illa mortalium quorumcunq; amica, qualem pri-
 ma fronte amatoribus suis se spectandam præbet, talis nunquam
 mutata indesinenter permanet. Hic quoniam fucato colore illi-
 nita erat, ideoque omnia turbis & discordiis infensissimis opple-
 bat. Cerealibus donis ambo Principes se mutuo excipiebant, ten-
 toria in aggere ergebantur, naves in statione collocabantur, sa-
 tellites in serie officii ordinabantur, siacero quidem omnis præ-
 textu; sed longe disformem miserabilem Tragædiam, convivan-
 tium sub vestes latentes pugionum cuspides intendebat. Scili-
 et ut a Mendoro datum consilium scelesti conamine perficer-
 tur, qui svaferat, mactandos esse omnes cum quibus epulum
 ἐπρηξεις celebraretur. Qvo flagitio cum semet contaminare no-
 luit Pompejus, animus tamen ipsius perditus a cruento propo-
 sito prius desistere nesciebat, quam emissis legatis apertum bel-
 lum denunciaret. Atque sic ut vera pax, placidam quietem, dul-
 cem soporem, tranquillam conditionem, amicis suis aluminis
 procurat; Ita e contra imago pacis, lacrymabiles depopula-
 nes,

nos, furialia prælia, exitiosas lanienas fudit, excitat, tandemque omnes crudeli gladio consumit.

S. IX.

Sed Lepidum specie amicitia deceptum: in horum vocabulorum illustrationem, nihil addo ex proprio; Exscribo tantum Doctissimi Forstneri ingeniosissimi ingenii pondus, quoniam Augusti, Pompeji, Lepidi, & Antonii, imposturas verbis, satis exquisitis delineat: Profecto insueta mihi, que in aula geruntur, Principum sortem, quibus precipua rerum ad famam dirigenda, & denique totum auraci liminis genium; videatur illud simile uberna, in qua fuci venduntur, ubi nibil est syncerum; omnia personata & ad fallendum facta. Pervicacissima ars aularum est, amorem fingere, omittit dicere infidas fbes, & trepidos metus, & nunquam quieta aulicorum vota. Ipsorum Principum inter se gesta vide: fuci seatent & dolu, quos necessitas & imperii salut & pene honestum jubent. Rara est inter illos vera, nec utilitatis sbe rumpenda amicitia; & que ut inter privatos, sola virtutis pulchritudine placeat. Et quamquam alio mercionii genere, de honestari creditur familia claritudo; tamen amicitia tanquam negotiacione, augere rem regium habetur; ut nec federa, nec sanctissima fidei pignora, suo vinculo, nisi utilitas subsit, ligent. Hinc non minus vere quam false & argute Boccalinus dixit, fumum vendere privatis interdilectum, solorum Regum mercaturam esse: & alibi, omnes lineas actionum regiarum concurrere in unum centrum, quod est evanescere socii loculos, & inde implere suos. Indo etiam solenne est principibus, qui occultas simulaces inter se gerunt, donec in aperta bella iste erumpant, interim donis, & muniberis, & legationibus nova regna, conjugia, viatorias, namcum regni heredem gratulari, & omnia benevoli animi signa utilissima simulatione preferre. Sed hæc verba fata & vici studines illorum tantum temporum delineare mihi per svadeo.

S. X.

Post Antonium Tarentino Brundisineque fædere, & nuptiis soriis illeatum, subdole adfinitatis panas morte exsolvisse: Omaibus in locis & in quocunque mundi cardine, prælantium incendia exorta, ibi etiam foederum inviolabiles canones, sacro-sancti habiti sunt, quo finitis dissidiis, mutua conventione sancta publicum bonum, libertatis veluti privilegio robora retur. Hic jam deberem, præclara Historicorum Exempla in medium producere quibus & foederum sanctitatem, & eorundem necessitatem propalarem, ut sugillaretur nostri seculi improbitas comparatione paganismi. Sed brevissimas lineolas ne modestia effringam repagula ducere constitui, remitto illos quibus libido horum est, ad vatos variorum auditorum commentarios. Hoc tantum dico in conventione foederali, publica quidem utilitas, securitas & necessitas prætenditur; sed quin suum quisque; commodum speret, minime in societatem venturus periculorum aliorum, nisi ex communi liqvore, suum irritari, fundum speraret, dubitari non debet. Hinc pleraque; foedera vel quod uni parti satisfactum est, vel quod non ea que sperabatur inde redundet utilitas, vel quod maledictus habendi amor decegatur, dissolvuntur disrumpuntur. Exempla sunt de Atheniensibus & sociis apud Thucydidem; lib. 6. De foedere inter Macedones, Achæos, & Epirotas isto, apud Polybium lib. 4. item inter Anglos & Hispanos contra Galliæ Regem apud Guicciardinum lib. II. consule omnino Forstnerum. In verbis Auditoris, Excellensissimorum Ingeniorum par, Justus Lipsius & Johannes Fredericus Gronovius ιστορογραφια seu πεζίστου observingat, nam Brundisinius fœdus, aliquot annis prius Tarentino. Post concertationem enim Philippensem, ex obſidione Brundisi, inter Cœlatem & Antonium expostulationes & offensæ ortæ sunt, sed ibidem statim fœderæ, composite & disiectæ. Ideoque; cum Fulvia, quatuor turbulentorum civium uxor, oportuno satis tempore vita privaretur, ut infidam passionem magis fidam redderet Cœsar, fotorum suam Octaviam; cuius

maritus, Marcellus nuper ex communi hoc miseriarum ergastulo
inigraverat; Antonio collocavit, tamq; pignus facis firmum man.
suræ amicitiae. Postea vero cum in Bello Siculo, Antonius Octavii
acitem viribus vellet confortare validissimis, causatus iras quas.
dam recentes Cœsar, in apertum odium mentem crudeliter ex.
asperavit. At Octavia fœmina miræ virtutis, cum sciret se pluri.
mum, apud fratrem valere, erat enim ipsi major natu ex Anchæ.
ria genita ille vero ex Tacia, ipsum adiit, inimiciisque diluendis
tamdiu laborabat, donec apud Tarentinum, denuo reconciliati,
mutua invicem auxilia paci sunt; Et Antonius Cœsari, centum
nayes ad bellum Siculum, ipse illi duas legiones ad bellum Par.
thicum attribuit.

§. XI.

Hic est ille Antonius, Dux improborum, vorago nequitiarum,
mundi portentum, atque prodigium inferni monstrum

Quo tartara nunquam

Effudere, Deo irate, truculentus ullum.

Qui relicta Octavia, Cleopatra pellicis obscenæ turpissimæq;
consuetudine plus quam familiariter utendo, ganeonis impurissimi
infamiam sibi affricavit. Sed quis Alecto? qvæ Megæra? qvæ Tisi.
phone? abominabilis, fortissime Antoni tam enormiter scelestè
& inhumaniter te deviare coegit, quid tibi eum impudica
meterricula commercii? cur reliquis castrorum fulminibus, lupæ
immodicis cupiditatibus obsequebaris? Nogendum Parthici belli
clarigatione operam dares, Delium lassivum; & yaferrimum pu.
ellarum formarum spectatorem ad Cleopatram, commune ma.
gnorum Vitorum prostibulum ablegasti? qui illam ~~corpus~~ suum
tibi elocandum in Siciliam transfretaret, quo cum propitio Eolo
appulit, visa hominis salacissimi venustissima oris figura, vix ex.
stuantem libidinem compescere valuit, qvin rivalem se tibi adjun.
geret; interim legatione hac impura sollicite cureta ad inescan.
dum libidinosissimum Principem rediit. Illa vero non multo post,
pompa & magnificentia stolidissima, per amnum Cydnum aura
faci-

66) SI (66)

facili, placide ad te alluebat; puppis metallo generoso spectabilis,
vela Sidonio colore corrugantia pandebantur, remi argentei, ad
itu orum tympanarumque harmonicos sonos, & canorus modu-
los agitabantur; ipsa vero expolita libidinis victima sub tentorio
Tyro murice tincto, marginatumque coronis distincto, in simi-
litudinem Cytheræ condecorata venuste quievit, flabelloque lente
agitato, delicatis genis ventum faciebat, inde vero corpus suum,
ancillatum auxilio levans, per thymos & florilegia plantulas te-
neras glomerans, ad diu desideratum fornicatorem, concubina
ducebatur. Quantum tunc impudicitiae argumentum dedit! ve-
stimenta ferebat holoserica, & coccina, ostro & bombycino super-
ba, sed pellucida, undiqueque visum transmittentia, adeo ut ne
adultero quidem plus in cubiculo quam in publico ostendere po-
tuerit præter verborum licentiam quibus omnis effundebatur ob-
senitas, ad satietatem impudicorum luminum pudendis motibus
theatrum detinuit ita didicerat, hæc perversissime Antoni, cui co-
mitas erat vulgati corporis vilitas in nassam suæ libidinis te & re-
liquos amatores pellicere. O te mortalium omnium infelici-
mum, tantumne unius prostitutæ mulierculæ illecebræ valuerunt,
ut te cum omnibus tuis fortunis pessum darent. Sed nec mirum,
tot enim irritamentis, tot blanditiis, tot amatoriis fraudibus, te
circumvenit, ut vel ipsum Narcissum de quo Poetarum commen-
tum flectere potuisset, nocte dieque parata erat, quidquid agebas
inter amplexus tuos habebat si venatum ire placebat, mollibus pul-
sationibus prosequebatur, si navigatum ambobus in stega collo
lacertis pendebat, si in cubiculum ire ipsa se substernebat, imo no-
stu per urbem vagantem ancillæ habitu seqvebatur! Sed audi in-
epitissimum Veneris mancipium, nonne generosa tua bellica virtus,
hæc leves fæmineas tendiculas dissipare debebat? Nonne robusta in-
doles, seqvioris sexus lenocinia fastidire? Nonne semel in gremium
impurissimum cogitationes depressas evocare? sed noluisti ipse tibi
prospicere, noluisti deperditæ naturæ mansuetudinis imponere espi-
ctum; repulsam passa est soror Octavii, propter indignationem Cleo-

patræ, Abiecisti honestissimam Matronam, resumisti enormibus
 virtusdefecatum scortum. Phy tibi, itæ profunde deguit virum
 cordatum mentem mentumq; in sinum meretricis mergere, ut
 sine salutis & vita dispendio illinc revocari impossibile esset.
 Annon propter impudicam hanc fornicationem Cœsar gladios
 suos in jugulum tui tuorumq; exacuebat? Annon in naumachia
 apud promontorium Actæum, te cum tua mellitissima profligavit?
 ubi spoliis opimis certissime trophæum erexit; nisi gar-
 rula & maledicta amacia lingua, tam illustre undiqueque clarum
 honoris fastigium evertisset. Qæ etiam cum in Ægypto, veluti
 luxuriosus scurra sordida maleficia commisceres, clandestina in
 exitium conjugis, cum Cœsare consilia fabricavit. Tu tamen
 stultissime barde, adeo demens impotensq; animi eras, cum apud
 Alexandriam palmas triumphales, multo sanguine partas repor-
 tares, ut galeam & loricam prius tibi non exueres, quam Cleopatra
 armatis brachiis amplectens, labia ejus, ut erant mollia,
 dulcissimo rore stillantia & nativæli mino tincta, ad satietatem
 usque lingerses. Vah egregium armati viri animum! postera ve-
 ro luce cum fortuna Euripi instat, reciproca, alium demonstra-
 set exitum, tum demum corculi cui, dolosas machinas subodora-
 re potuisti. Illa vero consilium in arena capiens, catarractas di-
 misit, pessulis & claustris obsirmatas, seq; in sepulchra clam re-
 condidit; tuamq; mentem fucato rumoris murmure, quasi jam
 expirasset savissimum delicium contristari curavit. Tum tu tam
 formidabilis bellator, pudet autem exponere, vesani amoris im-
 patientia, internectionem tibi accelerasti, & qvoniam servus Eros,
 quem dudum si quando necessitas expoñulasset, tamen interficiendum
 extruxeras, tam nefandum regicidium patrare cohorruit, se ipsum
 transverso iætu percutiens, tu crudeliter per propriæ vissæ iaci-
 nacem traasegisti; & sic trepide per proprium cruentum suleans,
 multo cruciata animam exhalando, abjici ab plures funestoque
 exitu didicisti miser, qvænam essent callidarum conventionum
 pacta, qvæ fæminei lusus ultima merces, qvæ denique infidiose
 affinita-

affinitatis certissima præmia. Sed nec Cleopatra, per transactæ
vitæ spatiū factorum earam solutionem, expers muliebris me-
tus, abnuebat. Nam mammarum venustissimis globis, quos tot
illustrium virorum ac Heroum dīgiū circumvolverant, quosq;
irritamenta lacitatis in amanum oculis fuisse suspicabatur aspi-
dibus admotis, vita se spoliavit. Servasset cupide illam in trium-
phum Augustus, ideoq; Psilos, qui venenum exugere fecit, ea qua
potuit fieri celeritate comparavit. Sed interea temporis dum
hi commorantur, infesta, misera, & calamitosa Cleopatra fa-
tis perfungitur:

Vitaq; cum gemita fugit indignata sub umbras.

S. XII.

*Pacem sine dubio posset, verum cruentam Lollianas, Varia-
nasq; clades: interficētis Rome Varrones, Egnatios, Julios:
Merito hic increpationis nota stringunt Rudentes, & pacem & ejus
sanguinolentam conditionem, alma nempe tecum qvies, Princi-
pium gratiam, flaminum pietatem, subditorum utilitatem procu-
rat & promovet. Sed post varias clades, post Regnorum ex-
haustas vires, post commoditatum omnium desolationem, sero
tandem tam religiosa pasta inire, nec dum a consumptione Claris-
simarum familiarum desistere; Quid tam dira molimina aliud
præfigurare solent, qvam signa & prænuntiis gravi lapsu prope-
diem evitare & recipi adesse. Qyibus enim nulla res jucundior videtur,
qvam armorum dimicatio, qvam civium pariter & sociorum an-
te oculos contrucidatio, hi omnem religionem, omnem fidem,
omnem Justitiam, omnem charitatem, eruci crudelitate abne-
garunt. Qwæ characteristice notæ effusimorum mortalium,
quid indigent, quid importent disce ex Thoma Bozio Eugubi-
no Lib. V. de ruinis gentium & Regnorum. Talis fuit poten-
tissimus Monarcha Octavianus Augustus, qui demum post exalta-
tam ferro & exilio ambitionem, sero tandem receptui cecinit:
pacemq; consiliavit. Egregie ejus ingenium interpretatur Seneca,
*Fuerit Augustus moderatus Clemens: nempe post mare Aliacum**

Romano cruore infectum, nempe post fratres in Sicilia clastes & suas & alienas: nempe post Prenesinas acies, & proscriptiones. Ego vero clementiam non voco, lassam crudelitatem. Magnam & inclitam laudis fiduciam, expectare potuisset Cæsar, si aureæ pacis dotes, ipsi ante fuissent cordi, si togatæ tranquillitatis munia non fastidio habuisset, si preces supplicum, si lacrymas querentium, si integritatem innocentium, attendisset, nec hominibus cædem, agris vastitatem, fortunis damnum, quando ad classicum impunitæ licentia, præcipiti furoris imperu concitabatur acculisset. Sed quoniam nihil magis ipsi per omnem vitam volupe fuit, quam præmere eqvum generosum calcaribus, obiegere crines inordinatos casside, concurrere cum adversario, evadere in hostiles muros, pro gloria & victoria, nullum laborem, nullum periculum extimescere. Ideoq; pacem etiam aliquando stabilitam, sine furor, sine tyrannide, sine cæde habere vix potuit. Sive enim externa sive domestica respicias, clades foris, domi cruenta supplicia erunt, quæ infamabunt pacatum Augusti statum. Nonne gravem in Germania ignominiam elademque accepimus Lollianam? ubi M. Lollius homo inter summam vitorum dissimulationem vitiosissimus, amissa vitoria, terga vertendo infamem quæsivit felutem. Nonne internacionem Varianam? ubi Varus Quinctilius, promptissimi juvenis Arminii stratagemate illusus, cum tribus legionibus, totidemq; aliis & sex cohortibus trucidatus est, denique nonne ad supplicium expulsi? Viri famigeratissimi, Licinius, Varro, Muræns, M. Eugenius Rufus, Antonius Julius Marci filius, aliiq; quorum nomina, hic multititudinis numero, ad rem notissima figura exagerandam, efferuntur. Hæc flagitiosa immodestia, Hæc lictorum effrenis licentia, decumana malorum mole cooperta, quid aliud parturient? alvo enixa est, quam in perpetuam Cœesaris Augusti ignominiam venturæ posteritati cognoscendum, formidabilem, execrabilem, & quam maxime detestabilem turpidinis Colossum.)

Claudiſe jam rivos pueri ſat prata bikerunt: Satis diu inter
 Atridulos, ſinuososq; undarum vortices tenuis mea carina quaflla-
 ta, ſatis iacte tumefcentium procellarum & flu&um gurgi-
 ſta arctiflma agitata; nunc ratem feliciter emenſo horriſono
 æqvore arena applicabo, & inter virgulta liber ludere diſcipio,
 affilientes imē e gurgite ponti rabiſos fremitus, alto ſuperci-
 lio deſpiciens. Sed o me infaſum! Hei mihi imperito naucle-
 ro! qui inter veſani mariſ turbas, procul a beatiflma ripæ oris
 aberrans, præcordia fruſtra oleo lætitia perſundo, reſtat adhuc
 pars pelagi, ſpumosi Neptuni tridenta turbata, mihi trananda.
 Existimavi prudentum raucoſ clamores, dudum ſubticuſte, nullo
 amplius iniquo affedtuum glaucomate excoſitato, ſpurcate poſſe pu-
 tavi, famam defuncl Auguſti. Sed percipio venenoſum & invi-
 dum os procaſi ſarcasmatum vomitu nunquam fatigari, video
 illos nondum impura dentium procaſtia cohibere; Vx vobis
 blaterones! qvibuscunque demum calumniarum formulis com-
 pellendi, nonne ad facieratem jam convitiorum miſilia evibra-
 tis? nonne ſatis erat publica Principis facta perversis censuris a-
 gitare? niſi & in privatam interioremque vitam penetraretis:
 Quid vobis cum Regina Cœſaris? quid cum matrimonio impe-
 ratoris? Quid cum Livia Drusilla an conſensu Tyberii Nero-
 ni, vel vi superioris potestatis, in thori ſociam admissa? An in-
 ter viſcera concepta ſemina infantuli formam jam dum recepe-
 rint? vel an propter ea conſulti per ludibrium pontifices? dum
 hæc omnia plenis cachinnis derideſis, mihi eredite ipſi καλο-
 φάνται impuriflmi ſtercore maculamini. Sed qvam ſeſa, intol-
 eranda, & principati Octavii dedecora ſunt, Attedii & Vedii
 Pollioſ luxuria, exclamat, qvam odiosa, moleſta, & gravis in
 Remp. Livia, dum muliebri impotentia, & fraude, ſuę ſoboli
 qvæſivit dominium, qvam intolerabili ſuperbiæ ſpiritu, correptus
 Cœſar, dum per flamines & ſacerdotes coli efflagitavit. Dumq;
 in destinando ſuccelfore, non abreptus affedtu, multo minus uti-
 litatis

litatis publicæ respectu curaque motus, sed callida effectione gloriae posthumæ, Tyberium elegit: Sed reprimite vosmet, parumper attendite, & non levem, circa problematum vestrorum relectionem controversiæ ferram reciprocabo.

§. XIV.

Domesticæ dispositionis vitium palmarium arguunt, quod abdulta Neroni uxor; & consulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nec dum edito partu rite nuberet. Duplici nomine inter flagitia dominationis, lascivum hoc Augusti connubium refseri promeruit. Primo videlicet ad ostentandam falsoe potentiae iniquam licentiam, qvod ad huc modum libidini obsequi ausus esset. Deinde augurabatur acutum ejus ingenium, Liviañ fore per oportunum, gesticulationum ac calliditatum aulicarum instrumentum, quippe cui parem soletia fœminam illa ætas non vidiit, obstinata erat in palpebris gravitas, in fronte asperitas, in superciliis contractio astutæ ingeniosissimæ certissima documenta. Præterea scopus hic & color facinoris, ad arcana dominationis spessat, dicit Clapmarius, dum prætendit qvod maritus sua sponte uxorem concedat, vel ut Dio: ἐγένετο δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ὁ μῆτρας, scilicet honestum hoc schema qværebatur rei, quasi Nero conjugem tamquam pater gnatum elocaret: revera autem Augustus jura lecli confregit alteriusq; sociam & quidem prægiantem abduxit. Efflagitavit insuper pontificum & sacerdotum consensum, ut sub religionis & justitiae penula, impetuosum Veneris ætum velaret. Qvalem autem processus juris observationem, circa solennia matrimonialia attenderunt Romani, cognoscere ex Celi Mureti diellis: Ne mortuo quidem marito licebat olim mulieri ad secundas nuptias transire, nisi post decimum mensem, ne familie turgentur, & que securus fecisset, infamia notabatur, & inde illa in instituendis exharendandisve posthumis formula: si quis mibi filius filiave in decem proximi mensibus nasceretur: & in his ac cibodiri nonnungsam ab agnatis prioris viri solebant. Ergo idem servandum erat in divorcio, Ratio enim utroque eadem.

Respon-

Consulenti autem Augusto respondere Pontifices, si ambiguum esset, conceperisset Livia, an minus, non posse eam a Tiberio relittam statim alteri nubere: siin concepisse constaret libere posse. Responsum autem Oraculi, gravi judicio notat Historicus: τάχα μέν πτερ καὶ διπλαῖς ἐν τοῖς μητροῖς εὐγόνες, πάλαις δὲ ἄν, εἰ καὶ μὴ εὐγονίαν, εἰπόντες. Fortasse id quidem vere in patrio iure invenerint, sed idem utique dicturi erant etiam si nihil reperissent. Valuit hoc omni ævo apud potentes, ut audacius peccent, presbyterum suffragia captere ac emercent siveverunt, satis gnari nihil esse in animis vulgi potentius, nihil verius, quam pigmenta a religione petita. Unde Mystarum officii reciproci memorum adulatio, & venalis in qua cuncte potentum ministeria vanitas enata: Tanti facientes etiam hodie, ordinis eminentiam, & fortunæ splendorem, & amicitiae necessitudinem, ut de curando pietatis officio, de promovenda hominum salute, de propaganda Dei gloria, pene pensi nihil habeant. Imo inter laicos & Clericos perdita illa recepta consuetudo, ut princeps arcanorum civilium exclamat, & ad altiora usque firmamenti habitacula efficeratur, qui speciosos titulos, colores, vasca menta, felici mangonio novit adornare, prostituere, vendere,

§. XV.

Ast quid nunc amplius agam? unde justum & salubre mihi consilium? eloquarne an silcam nescio, tranquillo ne silentii umbraculo, anceps cogitationum mearum propositum occultem? vel si effero, si quod intendo, aperio, quo violento loquax modo fari incipiam? unde convitorum fortia murmura corradam? vos Erynnides, vos Eumenides obscuri ministri Ditis, praescribiti mihi execrationum vestiarum que olim usurpastis tonitrus, & statim proposito, quidquid est saevorum in inferno numinum advocans, nefandum fornicatorem, cum omni stirpe, fortunis, imperio, devotebo & execrabor. Tu Oslavi Auguste, Monarcha invictissime, tu Regum Principumq; illustre jubar, quo de-

mentis sopore tunc sopitus fuisti, cum relicta casside & balista,
 libidini ad probrum usque vulgaris famæ interiores? quid cogia-
 tasti? quid intendisti? Proh pudor, quem nullus armorum fra-
 gor, nullus tubarum tympanorumq; clangor, nulla hostium aut
 inimicorum vis, superare valuit, illum venustioris formæ mulier,
 nictantibus ridentibusq; minis vicit, devicit, prostravit. Quem
 animi magnitudo, quem præliorum multitudo, quem victoria-
 rum claritas, per scalas fortitudinis, ad celsissimum in mundo
 fastigium everxit; illum una furiosa Veneris rabies, per gra-
 dus turpitudinis disjectum foedavit, commaculavit. Imo qui ferro,
 virtute, potentia, universos orbis terrarum inhabitatores sibi sub-
 egit, illum foemina colax, se ipsam in strato substernendo volun-
 tati suæ subjicit. Profecto laudo egregium facinus, bellator in-
 signis clypeo munitus, semicinctum imbecillis mulierculæ resor-
 midat, miles pelta & mackera ornatus, vittam laciniasque au-
 diuentes extimescit; Imperator in acie exultans, lorica amictus
 refugium sub industro puellulæ reqvirit; O si jam adesses lepi-
 diffissime Democrite, & liceret tibi ad satietatem cachinnos move-
 re, Principisq; plusquam heroicam generositatem, solenni tua
 svada extollere. Sed stomacharis fortassis tecum senex Auguste,
 ogganniendo; Qvis foemina tam venusta, tam decoræ, tam in-
 comparabilis, dulces laqueos, aureas compedes, & mellitissima
 ligacula subterfugere valuit. Facies plusquam aligera, oculi qvo-
 vis crystallo puriores, capilli pubescenti florum lanugini com-
 parandi, supercilia tanquam speciosa majestatis imbricamenta ru-
 tilantia, genæ roseo verecundia decore pubescentes, labia roscido
 amoris liqvore madentes, collum ebore ac gypso qvovis incrux-
 statio placidius, papillæ paululum nudatae, delicatum oculis pa-
 stum præbentes, totius denique corporis habitus, dispositio, agi-
 tatio, plena venustatis, plena dignitatis, stipes & truncus fuisse,
 quem tam multifaria, tam efficacia Cupidinis irritamenta devia-
 re non coegissent: Quid igitur mitum, si me mortali sangvine

cre-

éfetum, inescarunt, fascinatunt, seduxerunt. Vel annon mihi
 qui cælibatus solitudinem odi, de vinculo conjugali cogitare li-
 cuit? tandemque allici in ejus ordinis numerum, sine quo nec
 mundus stare, nec societas humana durare diu potest. Quid un-
 quam iniquius? quid inconfultius? quid deniq; magis temerarium?
 quam matrimonium Principum increpare, præcipue cum nulla
 gens, tam barbara, tam fera, tamq; ab omni humanitate aliena,
 apud quam conjugii nomen, in amore non sit & in pretio. Sa-
 lacissimum animalculum, bona verba quæso, summo ne jure
 mecum disceptrate gestis; qua ratione incestum tuum inurbanum
 excusari eridis? recurris ad commune ganeonum refugium, incusas
 naturæ flagrantis ardorem, provocas ad mulieris undiquaque con-
 summatam elegantiam. Hæc sunt matura tua ratiocinia, hæc A-
 chillea argumenta, quæ factum qualecumque atrox protectionis
 umbone, satis superque cooperire existimas. Sed ausulta paulu-
 lum, ullum noli auribus obrepere fastidium; si juvens ala-
 cri ingenio, robusto corpore, moribus eximiis, animum
 Veneris stimulis agitatum, ad virginem in flore ætatis con-
 stitutam, ad puellam nullius virti commercio contami-
 natam convertisses, ut quondam Djvum exorbitans conve-
 vit progenies, muta siluisset fistula mea, nulla increpationis pro-
 tulisset convitia, omnia exultationis verba, veluti e tripode pro-
 lata exoscularetur. Nunc vero, qvoniam alterius conjugem, al-
 terius lectum, temerario ausu violare non subverebaris, quis te
 jure defendat? quis inverecundi adulterii culpa vacare au-
 met? Non satis erat tibi absente marito, clanculum irruere in
 dormitorium illius, uxorem blandis iussibus persuadere, lechister-
 nium immodico strepitu turbare, pudorem matronalem, im-
 potenti libidinis ductu expugnare, nisi & execrabile hoc fa-
 ctum grandiori facinore cumulates, occasione opportuna frui
 desiderasti, in timore autem factum Veneris exercere noluisti,
 amasiam itaq; tecum abstulisti, Neronem præclara Domina
 spoliasti; Exemplum omnibus horribile, piis detestabile, temera-

filii etiam abominabile reliquisti, vixit alias tot populorum &
 gentium. Sed tolerabile si & hic maledicta licentia, & plus
 quam brutalis furiosa rabies substitisset, nisi adhuc posito puden-
 te, neglecta existimatione, oblio honore regali, in deteriorem
 incidisset dementiam; cur tam cito despontatam tibi mulierem
 repetisti? cur Patrem statim una uxore & filio exorbasti? cur non
 donec Livia partum exsolvisset expectasti? Sed illud congenita
 naturæ tuzæ fætua prohibuit, quæ ut virum defelictum, acer-
 biore molestia excruciates, ut incestuosa & impudica, seu confusi-
 one spermatum temet commaculares, ut abusu insolentioris do-
 minii, infamiam tibi conciliares, stimulavit, adegit, compulit.
 Tanta erat animitu[m] impotentia, tanta mentis imbecillitas, ut neq[ue] vi
 coerceri, neq[ue] monitis & ratione ad mansuetudinem deducipotueris.
 Annon igitur jam gliscere credis, importunum tuum strepitum?
 annon quam valido innixa sint pedamine rationes propalatae?
 jaclasti Cœlestem fere venustatem, extulisti faciei genzrum & oris
 decentiam, delineasti totius corporis, gestuum, motuum, affec-
 tuum figuræ, sed quam subdole, quam temere, quam incon-
 siderate, unde tanta elegantia, tanta pulchritudo, in fœmina on-
 nere ventris gravata? somnolentia, desidia, inertia, stupiditas,
 ignavia, languida mentis vis, ingenii torpor, memoria debilitas,
 illas circumdare solet; facies cyanea & macilenta, maxillaæ arc-
 factæ, buccæ pendula fluunt, tempora excavata dehincunt, frons
 angustioribus spatiis contrahitur, genæ vel plumbeam livedi-
 riem, vel luridum pallorem induunt, oculos exiles, fluidos, pæ-
 ros, depresso[s], supercilia pariter hispida, contracta, coeuntia in-
 gerunt, labia repræsentant nigra, squalida, tenuia, distorta,
 mammarum bullæ conglobata figura rotundantur, fluidæ, molles,
 laetæ, dñe[n]tæ, intumescentes evadunt; totius vero corporis magni-
 ficentiam, venter turgidus, vastus, oppletus, deformem, mendo[s]am,
 monstruosam reddit. Hæc sunt Augste indicia pulchritudinis, hæc
 formositatis signa, hæc ut tibi videntur viva Veneris paradigmate.

Quæ,

Quæ, mihi crede, ad satistaciendum insatiabili desiderio te non
adegerunt, sed suscepimus mel tuum & per totius vitæ spatum
continuandum tyrannidis intolerabile exercitium. Quid igitur
de conjugiis Regum blateras? quam sint venerabilia, quam ho-
nesta, quam Sacro Sancta novi, tu vero consentiente Politicorum
exactiorum ὁμοψυχία, castissimis illis fœderibus maculam, nullo
spatio, nullo seculo, nullo ævo delendam attulisti. Debuisses
cogitare dum in cæno voluptatum voluntatis, quot sæpe fortissi-
morum vigorum acies, mellea puellarum phistra disjecerunt, adeo
ut qui omnes fortunæ novercantis eliosas cauenas superarunt, qui
consilio rationisque pondere afflictionum turbulentas tempesta-
tes declinarunt, qui belligerantium arma memorabili robore
obtriverunt, qui eruditionis virtutisque famam, in omnem secu-
lorum memoriam propagarunt; illis tandem, prò pudor! ad-
blandientium collyriorum nutus, svadæ delibera loquela, &
lustrans in vultu Venus, inevitabilis servitutis jugum imposuit,
occasionemque dedit, mansuetis hilicæ animalculis, cum æterno
masculæ virtutis opprobrio, trophyum statuere. Coniecto ergo,
quoties tua amasia, blandidulam in ore lingvam, tintinnabulo
sonantiorem volvebat, quoties ad speculum faciem componebat,
quoties ad alliciendum oculos conformabat, quoties sericas ve-
stes tenellis membris adaptabat, gressum molliter figebat, tem-
pestatem oris placide moderabatur, totumque corpus ad decen-
tiam singularem instruebat, toties credulum & incautum ama-
torem decipere unice machinabatur. Annon nosti, quam insta-
bilis turba hæc mollis? nulla in verbis fides, in promissis in-
fallibilitas, in juramentis religio, in proposito stabilitas; si oculis
ludit, fraudes versat, si supercilia contrahit, concupiscit, non vult
ubi velis, ubi nolis petit ultro. Hæc omnia seria ruminazione,
dum in fortunæ gremio ludere licuit, pensitare debuisses Octavi,
& nunquam tam acerbum & infame seeptri, successus, nomi-
nisque passus fuisses naufragium; Quid enim accidit? mulier

tot tibi molestiis comparata, tot precationum modis expedita,
tam cordicitus a te amata, lictoris munus obire non subvere-
batur; cum enim in grabato morbo corruptus decumberes, &
fructuum desiderio animus inhiaret, venefica illa, continuo præ-
quo adsistebat, ad stygias umbras temet detrudendi, tempus oppor-
tunum expectans; Cumque maturas ficas, infausta hora, suis ma-
nibus cibi dari efflagitasti, statim illas, quo pectore nescio, tabemorti-
fica illitas tibi porrexit, quas miser vaserrimi doli ignarus avi-
do gutture deglutiisti, animamque per viscera grassante veneno,
summa cum miseria exhalasti, hocque tuorum factorum, præ-
liorum, victoriatum, etiam amorum ingratissimum reportasti
præmium.

§. XVI.

Attende jam occasionem increpationis: *Qui Atedii & Vedia
Pollonis luxus: cur vergit in crimen Augusti? cur magna-
tum scurrilitas imperatori affricatur? cur nisi quod ipse magister
morum, luxuriam illorum coercere debuisse. Alioquin fas est
Principibus, imo necesse, leviores amicorum nævos conniven-
do tolerare; nam neque omnibus numeris absolutos, neque una-
diuque circuinspectos illos adinvenire contingit, & concessis mi-
noribus noxiis, grandiori & uberiori fœnore illæ ipse in rebus
quaे majoris sunt momenti recompensantur, modo ne obsec-
riora illa errata, immodico abundantia abusu conjuncta, publici
ærarii angulos, paulatim evacuare intendant. Graviora qvippe de-
litta, famigeratissimus inquit doctorum virorum amicus Beclerus:
quaque remp. gravant, minime Principes toleranda ducant: ne
& in præsens invidiam sibi, & ad posteros dedecus fame sue
consciscant. Presertim cum vel hoc exemplo moneri debeamus,
quanto sint proniores hominum animi, ad tribuenda principi
amicorum vitia, quam ex diverso amicis, Principum erratas
Non adferunt hic prudentes illa, que male fecerit Augustus
aut subdole, aliorum etiam instigatu accidisse; sed aliorum pec-*

vata Augusti culpe annumerant. Etiam si non approbaret ea Augustus, immo manifesta vindicta luxum Pollionis, aliquando redargueret, memorantibus Diane & Seneca. Certe si Princeps optimatibus hominibusque peculiosis & locupletibus, nimium indulgendo concedit, superbis & affluentia opes Regni destinant, factionibus operam dant, aliaque moliuntur, qvibus & vires & copiae imperii exhauriuntur. Qvae pericula Cleobulus Regi Meleandro figurat in Barclaji Arg: 3, ubi inter alia: *Illa facilitas, illa indulgentia in magnates, illa tua tuorumque majorum incauta profusio, prodidit praecleras imperii vires, aperuitque injuriis despectam dignitatem.*

§. XVII.

En exemplum memorabile domestica calamitatis! Postremo Livia gravis in Remp: mater, gravior domui Cæsarum noverca: Quorsum credis diverlos hos carachteres nominum respicere? Matris titulo salutatur, respectu filiorum Tyberii & Drusi, qvos dum ad altissima gloria culmina, variis modis artibusque extolle lere nitebatur, gravis domui Cæsarum facta est noverca, obtrusis quasi dominis & successoribus, qui vivente Augusto, imperio incubarent, & defuncto solium affectarent: Unde merito hæc nomina prudentes ipsi adaptant; qvoniام sangvinem germanum stirpis Cæsaris, qvibus potuit acerbitatibus vexavit, & fraudibus depresso. Immergebat se insuper seriis publicisque negotiis, qvin & secreta imperii imbecillitate sui judicii librabat, qvod & ipsum in partem invidiæ hoc loco venit, dum Augusti nimia indulgentia sin ejus impotentia toleranda tacite fuggillatur. Sic licet ita solent mulieres, & praesertim matres in partem curiarum publicarum operumque principalium admissa. Uti grandi iudicio rimatur modo nominatus Boëclerus: item: Declaravit post Livia exemplum, etiam Agrippina, itemque Mammæ impotentia: que licet bonis ab inicio consiliis filio studeret, mox avaritia sua, aliisque importunitatibus infamiam illi & do lores

lōres non minimos attutis. Querula semper Rērum publicarum
sunt in mulieres, dominationis frena regentes lamentatio, prae-
cipue in illas, quas fors propitior, ex humili contubernio, ad ea-
dis Regii Throni columnas evexit: propter mentis in hos se-
xu imbecillitatem & inopiam, animi consternationem, ingenii
tarditatem & hebetudinem; scilicet deficiente calore, frigoris
exuberans rigor, aciem calliditatemque omnem, ingeniosioris
indaginis obtundit, immersusque humorum sentinæ animus, ad
rerum grandiorum penitulationem administrationemque se at-
vollere nequit. Alias physiognomorum etiam hic valent judicia,
quæ sub formosissimi luminis elegantia, claro decentique corpo-
ris habitu, sæpiussem *θερσίπον* *βλέψημα* occultari dictitant;
quam multæ enim vitiorum, turpitudinum, flagitorum fôditâ-
tes, & mille malarum artium studia, sub splendido venustatis
velo delitescant. Tolle illam fœmineæ frontis, speciosam in mul-
tis formæ dignitatem, remove superba integumentorum aulæ;
& sub venerabili virtutum morumq; stragula, animum impu-
rum, iniquum, contaminatum, sub pretioso formositatis the-
ristro, spurcam recondi fôditiem animadvertes. Hasce impo-
sturas fraudulentæ, barbata mulier Livia artificiose sycophan-
tico suppario recondere didicit; Quas antiqua dierum infelix
Rōma, si effugere valuisse, nunquam tam inopinatam, inspera-
tam, tamq;e indignam honoris & gloriae tuæ experta fuisses
ruinam.

§. XVIII.

Non absq;e ratione proportio *Δωτιθέων* superbiæ, supra hu-
manæ fortis conditionem progressæ damnare pergunt no-
minis Augusti osores: *Nibil Deorum honoribus reliatum*, cum
se templis & effigie numinum, per flamines & sacerdotes col-
yellet: Ut semel e tenebrarum clausulis in lucem emersit terræ
illa soboles cyclopica; tantos sibi statim spiritus, tantam arro-
gantiam assumit ut nihil supra. Mortale fastigium egressus,
divinos honores efflagitavit, unde Dio; *Casar sum alia quædam*

hoc tempore fecit, cum Roma ac Patri Cesari (Heroem Iuli-
um vocabat) Ephesi & Nicæa clarissimis Asia Bitbynique
urbibus templa fieri permisit; in quibus Romani homines,
Romæ & Iulio sacra facerent; extraneis autem Græcisque ho-
minibus concessit, ut sibi etiam eum honorem haberent, quod
Asiani, Pergami, Bitbyni, Nicomedie fecerunt. Sed in qva-
ntum & qva ratione vana illa divini fastigii & mula ambitio
& supersticio, semet exercuit, apud paganisti religionis cul-
tores, qui ad ungvem cognoscere inhiest, evolvat Samuelis Bo-
charti Phaleg & Chanan, Gerardi Johannis Vossii Theologiam
gentilium, Henrici Kippingii Antiquitates Romanas, &c. Alias o-
riginem, causas & modum hujus idolatriæ, vic sepius summa
cum veneratione nominatus Celeb. Boëclerus, hisce lineolis expla-
nat: Dedit autem, ut hoc adjiciamus huic ambitioni originem par-
tim supersticio, partim adulatio, partim inscitia; supersticio fuit,
cum hominū præclare gestis celebrium memoriam divinis honoribus
afficerent, neq; satiæ virtutem in vivis coluisse autumarent nisi co-
loeam inferrent, post mortem suorum heroum. Adulatio fuit,
quod e. g. in Cesares & Reges, adhuc in terris Superstites decretis
publicis congesta sunt divinitatis symbola. Insicitia fuit, partim,
cum opinarentur Heroes non esse veros homines, sed habere semi-
deorum naturam; partim cum in Regibus & Regno aliquid Di-
vini cernerent inesse, nec illud tamen, quatenus interpretandum
volendumque esset, intelligerent. Quæ pñlosophia de divinitate
imperii & maiestatis imperatoria, indeque emergentibus actio-
num regulis & formulis a paucissimiis bodeisque ita trahatur, ut
inter nimium & parvum temperata sibi constet prudentia.

§. XIX.

Tandem ad ultimam glossologorum devolvitum est Tullianus;
Ne Tyberium quidem caritate, aut Reip. cura successor
rem adscitum; sed quoniam adrogantiam, sevitiamque ejus
introspecterit, compunctione deterrima sibi gloriam quesiisse.

Solennis solet esse inter civilis prudentia Doctores & phorismus tractare de successoribus Regum ad regenda scepta majestatis; Sed ego religiosam tractationem illorum factorum hac vice refricare nolo; tam enim robusto divinitatis sigillo obliteratae sunt, adeo ut penetralia illarum ingurgitare, ne ingeniosissimorum quidem hominum valuerit sagacitas. Variis & multifariis ad hanc humanæ dignitatis sublimem eminentiam itur viis; quidam aut nascendi sorte, in honorem throni perveniunt, aut transmissam a parentum manibus potentiam nascuntur, aut comitiorum suffragiis rerum gubernaculo admoventur, aut etiam oppressa armis repub. forti brachio imperium invadunt, ideoque non omnibus eadem mens, idem mores, eadem regeudi facultas. Augustus Cæsar, in eligendo sibi successore, nullam imperii, nullam salutis publicæ, nullam suæ domus habuit rationem, quod tamen amor proprii sanguinis, cura Reipub. nominisque glorioli pertinax affectatio ipsi injungete debuisset. Neronem præ Agrippa, privignum præ Nepote, peregrinum præ domestico, in solium vastissimæ Monarchiæ evexit. Omnia autem ejus molimina hoc subdolæ calliditatis ænigmata involuta erant, ut ex comparatione determinimi successoris, cuius arrogantiæ, savitiam, tyrannidem abunde perspicerat, honoris & laudis nunquam deturbandum erigeret, & veluti emendando extorquere posset vexillum, fieret que exasperante Tyberii ferrea duritie, post placida fata, omnibus gratus, jucundus, desiderabilis. Sed quale prudentia encoumion, quale cordati principis decus, quale honoris & ambitionis commendationem, ipromeruerit Cæsar Octavius Augustus, in stolido hoc suo proposito velificando, judicent illi qui imperiorum & Rerumpublicarum secreta indies scrutari sverunt. Ego hic subticeo, & conticesco; interim Regum Regnorumque prospera auspicia, honorifica pignora, & radiantia Majestatis monumenta, submissa taciturnitatis recordatione, in perpetuum venerari, revereri, exosculari pergam.

CLAU-

CLAUSULA.

Tandem conceptum meorum erudite ac Candide
LECTOR, circa præsentis venerabundi Oraculi augu-
rium ultimum adimplevi punctum. Nunc *litera defessa*
pollice fessit opus. Exultate igitur Camænæ! date manibus
plausus Pierides! mira dulcedine animum mulcete artiū
liberalium Deæ! hic finis, hic meta, hic ultimus disser-
tationis terminus. Repetite iterum palatia bifidi Par-
nassi, adite placido murmure stagnantes muscosos He-
liconis fontes, sedes vestras Aonias tecum hæc terius
commorati retrogredimini visuri; pro favorabili ac
benigno mihi præstito adjutorio, & adminiculo in
hoc stadio meo decurrendo humiles vobis summa
cum veneratione resono gratiarum hymnos. Propor-
ro si quid in musarum Palæstra aliquando tentare per-
go, adeste auxiliorum sœundissimo rore, & melio-
ris benevolentiae favonio mihi adspirate; sed impu-
rum ingratissimi hominis stigma, vix subterfugere
valeo, qui usque dum patientia vestra plus quam a-
mica procacius abuti non desisto: jam dies deficit,
jam alto mundi sponsus gurgite se recondit, jam
concupia & opaca noctis imago nobis supervenit;
ite igitur in pace musarum lepidissimi comites! ito
Latonia germana proles, ite Thespiadum generosa
pignora! imo

*Ite domum saturæ, venit hefferus ite Camæna,
Nobis invitis processit vesper olympo,
Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresq; cadunt altis de montibus umbra.*

Ergo‡

Nunc mea festino volitantia carbasa ventis
 Eripere, & glauco turgida vela salo.
 Qued superest, sancis æternis legibus annos
 Te, qui quadridos, cernius ore precor!
 Da facilem vitæ cursum! da linquere mundi
 Mortiferos fastus! gaudia vana soli
 Da pariter! tandem flammantia tecta tonantis,
 Infer & excelsi, Regna beata Poli!!

dōξα τετραγύιον.

